Si postea apparet indebitum.]Dec.cons.337.in fi. vbi quid in testamento, & codicillis, & consi. 341.nume.7.per totum, & consi.500.num.6. *Iacobus Anellus de Bottis.*

De condictione sine causa.

Rubrica.

L.Auunculo.

Varo quid si cupsit.] Vide Pet.Duen.in reg.150. *Iacobus Anellus. de Bottis.*

Vt ex parte ignorantis.]Contrarium est verius, Ias. cons. 168.4. volum, Pet.Duen.in d.reg.150.nu.2. *de Bottis.*

De condictione furtiua.

Rubrica.

L.Condictione.

Considerato beneficio abstinendi.] Et facit quod si sit latum decretum contra hæredes, & vnus ex hæredibus sit infans, & non fuit citatus tutor, tunc decretum est nullum. *Mangrel.*

L. Et ideo.

Debetis scire.] Adde Tiraquel. de legibus connub. in glo. 3.nu. 8. cum sequen. *de Bottis.*

L.Si seruus.

Absque facto suo.] Sequitur Dec.cons 281. & 213. & in dandis non potest quis stipulari vni ex hæredibus, secus in faciendis, l. continuus, §. fin.infra de verb.oblig.pactum impersonaliter initum transit in singularem successorem, Dec.consil. 201.nume. 1. Pactum ad hæredes etiā si non dicatur transit, l.si pactum, infra de probatio. & vide Cagno. in l.si pactum.num.85.de pact.inter empt. & vend. & quæ ad hunc in auth.quod obtinet, C.de probar. *Mangrel.*

Ibidem]Adde Tiraq de retrac.conuentio.§.1.in glos. 6. nume.5.seq.& Dec.consi.281.nu.5. *de Bottis.*

De eo quod certo loco.

Rubrica.

L.Alio loco.

In contrarium quod voluit.]Quando quis promittit in contractu, quod possit vbique conueniri, quomodo intelligitur, & etiam quādo quis promittit in omni loco, vbi actori placuerit conueniri, vide Bart.in l. si conuenerit. supra de iurisdict.om.iud. vbi si conueniatur reus extra suum forum, & recuset ibi conueniri, potest conueniri ad interesse, & pęnam. *Mangrel.*

Quod in contractib. non sit locus.]Et hoc facit, quod si quis commisit delictum in vno loco & postea reperitur in alio, Iudex illius loci in quo reperitur, debet remittere ad iudicem delicti, vide Affli.in consti. Regni, Capitaneus, nu.5. *Mangrel.*

L.Non vtique. §. *Nunc de officio.*

Consuevit mercari.]Sequitur Dec.consil.116.in princip. vbi nume. 3. dicit, quod si vniformiter præstetur interesse, præsumitur vsura, siue ab initio ita conueniatur, siue ex postfacto soluatur, & in consi. 111. in ver. 3.generaliter, vbi fortius dicit, quod debetur in tantum, quod solitus negociari poterit ad tempus vendere carius tanti, quanti fuisset lucraturus. Item frater minor potest in eodem euentu petere honestum lucrum a fratre, qui administrauit pecunias hæreditarias, Dec. consi.255. nume.4. Item difficilis est probatio ad interesse, & pro eo defertur iuramentum, & debet probari quod actor est solitus mercari, & quod lucrum erat in potentia propinqua. Idem 312. num. 4. 5. Item qui vendit fructus prouentos ex possessione, tunc non dicitur negociari, Dec.conf.452.in fin. Item quoddam est interesse lucri in quo natura plurimum operatur, & indistincte debetur: quoddam in quo hominum industria, & hoc solum in solito negociari, & habetur ratio de eo, quod potuit negociari, & lucro, Soc. consil. 156.nume.9. Item solum in arbitrarijs actionibus, non autem in actionibus bonę fidei debetur interesse, de quo hic. Capic.decis.19. nume. 8. pro quo est text.in l.fin.infra de peric. & commo.rei vend. Ibid. Capic.quod eo ipso & quod nō sit solitus mercari, habet hoc.& ad primum dictū Capic.Curt.iun.in l.1, C. de senten. quæ pro eo quod inter. Sed hanc opinionem Innoc.refert, & reprobat in ca.sacro, colum.3.in verbo, & tamen dicunt. & Dec.consi.441.num. 13. Negociari dicitur, qui emit, & vendit non mutata forma, non quia emit operandi materia sibi sic, etiam si cum eo lucretur, Firman, de Gabel. volum. 3.fol.16.nume. 11. necesse est probari, quod fuisset lucratus, eo quod haberent præ manibus talem mercantiam, quam emisset, Afflic.decis.20.Paris. in c. cum venerabili, num.3.de excep.& quod secundum communem opin.debeatur interesse lucri cessantis, non obstat, l.fi.inf. de peric. & cōmo. rei vend. Dec.in d.consi.441.in fi. *Mangrel.*

Ibi quod si merces.]Adde Alex.in l.diuortio, nu. 25.solu.matrim.Math. de Afflic, in decis.20.in princ. quod limita, vt ibi nu.3.& Capic.decis. 19.num.7. *de Bottis.*

L.Quod si Ephesi.

In prin.]Not.quod si simpliciter est facta promissio frugum, seu frumenti, intelligitur in eo loco, vbi magis commode sit debitori, Boer. decis. 99.& posui in l.si fideiussor, §.necessaria. supra qui satisdare cogan. *Mangrel.*

L.In bonę fidei.

In prin.]Ad vulgarem glo.quod aliud sit vendere, aliud pactum de vendendo. Item ille qui conuenit, quod debeat vendere, vel soluere interesse, nec potest pęnitere. Item si fuit pactum de vendendo, uel de liberando aliquid adimpleto soluto pretio, vel facto implemento vēditio, & liberatio facta intelligitur.& quòd etiam quòd promisit vendere non potest pęnitere, Loffre.consil.18 nume. 18.contra Pau.hic. Item pactum de donando non est donatio, Loffre.consi. 43.num. 12. sed contrafacit quod dicit Salic.in l.si vt proponis, col.fi C. de condi. ob causam, quando verba sonant de præsenti, & promittens vendere non potest præcise cogi, sed soluendo interesse liberatur, Dec.consil 102.num.7 vbi quod etiam obligatus vendere non tenetur tradere.& num.11.quòd promissio de vendendo nō est cessio, item nec pęnitentia locum habet, Dec.consi.340.in princ. Item quod promittēs ratum habiturum, non propterea videtur ratum habuisse. Hermanonius in l.4.§.Cato.num.72.vsque 184.inf. de verb. oblig. ubi quòd si omnia prædicta reficiat, & vide quæ posui ad hunc in l.cum fundus.§.seruum tuum.inf.si certum pet. *Māgrel.*

L. Centum Capuæ:

Venio ad secundam partem.]Vide Negus.de pigno.in 4. membro secundæ partis, nu.48.& nu.55.cum sequen.in quinta parte, 1.memb. nu. 10.vbi quid in hypotheca simpliciter accepta. *de Bottis.*

Interesse propter locum.]Et sic Bar residet in opinione, quòd aut vsuræ debentur actione arbitraria citra stipulationem, & fideiussor non tenetur, aut cum stipulatione, tunc etiam arbitraria: aut debetur actione bonæ fidei, & tunc fideiussor tenetur siue ex stipulatione, siue citra debeantur, & hoc collige iunctis dictis in col.præced. in ver. ad secundum oppono, & infra in ver.quid ergo dicemus, & hoc vnico verbo expedit Negus.de pig.vol.5.fol.198.nu. 55. *Mangrel.*

Venio ad ultimam partem.] An soluta sorte debeantur expensæ, Guid. Pap.decis.55. *de Bottis.*

L.Si post moram.

Recipiendo sortem protestatus est.]Vide Dec.in l.vinum.ff. si certum pet. num.5.& ibi quid si debitor non consentiat protestationi, an creditor possit retinere pecuniam. *de Bottis.*

In *Addi. ver. vltimo. Vide Alex.*]De marito recipiente sortem dotis, qui renunciasse censetur interesse, vide Bald.in l.marito.§.si fundum. solut.matrim. & quòd lite contestata recipiendo non sit extinctum accessorium, quod debetur officio iudicis, Bart.in l.vtique.ff. de rei vendicatione. *Mangrel.*

De constituta pecunia.

Rubrica.

L.Eum.qui §. *Iulianus.*

Dicit iudex in sententia.] Vide Dec.consi.325.num.2. & Glo. Paris.in consue.in §.5.in glo.1.nu 67. *de Bottis.*

L.Hactenus.§. *Si quis centum.*

Quero quid si sciens.] Vide Grammat. decisio. 183. nume. 168. *de Bottis.*

L. Si duo. §. *Hac autem verba.*

In princ.] Sequitur Dec. in consi. 439. nu. 5. vbi limitat, nisi fuerit expressa dies, & intellectum huius dicti late discussit Soc. in consil. 174. per totum, lib. 2. vbi nu. 12. & 13. limitat nisi testator, vel contrahentes vltra procedant dicendo, quòd si factum non fuerit, & quod requiratur monitio, Aret. consi. 150. colum. 3. 4. ad omnia obiecta respondẽs præsertim ad contrarium l. si. quib. vt indig. ubi habetur ꝙ non vẽdicans defuncti necem sine appellatione hæreditatem perdit. Item in conferendo quis nisi interpelletur moram non incurrit. Cagn. in l. si emancipati, nu. 42. C. de coll. Item etiam nõ faciendo obligatur quis, qui de facto suo tantum teneri voluit, posui ad hunc in l. amplius. infra rem rat. hab. ex Dec. consi. 492. sic etiam conuentio ꝙ masculi succedant soluta aliqua quantitate sororib. & si nõ soluerint sit saluum ius ad hæreditatem, requirit interpellationem, Dec. cons. 516. n. 21. & ad primum dictum, Afflic. decis. 370. in verbo, secundo adducuntur. *Mangrel.*

Idest, si moram fecerit.] Et ideo tunc requiritur interpellatio, vt declarat Dec. in consi. 439. nu. 5. *de Bottis.*

L. Sed si alia.

Vel offertur sine interesse.] Tiraquel. de retrac. conuent. §. 4. gl. 4. num. 2. *de Bottis.*

L. Item illa.

Quod dicitur de actore valetudine.] Afflic. dec. 316. *Mangrel.*

Et hoc est valde notabile.] Afflic. decis. 47. *Mangrel.*

Hora termini non debet facere requiri.] Sequitur Afflic. decis. 47. *de Bottis.*

Oppono ad 3. not.] Nota, & vide Tiraquel. de retra. lign. §. 9. in gl. 3. nu. 5. 6. *de Bottis.*

Ibidem.] Ias. in d. l. 2. hic allegata, nu. 92. vsque ad 98. vbi de plurib. quæstionib. connexis, & vide Imo. in c. significante, nu. vi. vsque ad fin. de pigno. vbi etiam tractat, ꝙ quando creditor est Doctor, vel alius Nobilis. Item Collatores non deferunt victualia ad domum domini, sed susceptoe, Luc. de Pen. in l. modios. col. 2. de suscept. & arca. lib. 11. & ꝙ officialis deferat exacta ad domum domini, Bal. in l. 1. nu. 1. C. de canon. fact. li. 10. Decimas tamen rustici ad hortus clericorum deferunt, Ias. in l. 2. num. 92. C. de iure emphyteu. vbi quod si promisisti soluere certo loco a quo sim postea bannitus, teneberis alio deferre, ibi. num. 95. *Mangrel.*

Vel ad domum.] An creditor debeat adiri per debitorem, vide late per Pet. Duen, in reg. 161. *de Bottis.*

Quare pone quod solutio.] Vide Afflic. in decis. 316. Tiraquel. de retract. lign. §. 15. in gl. 2. nu. 8. *de Bottis.*

Ibid.] Ias. in d. l. 2. hic allegata, nu. 92. vsque ad 98. vide vt supra in ver. Ias. in l. 2. sed propterea additio in loco est, Afflic. decis. 316. vbi tradit necesse interpellari diem, & locum quo vult recipere solutionem, & ꝙ non dicatur debitor in mora si creditor non probet se illo die fuisse in loco, Dec. consi. 566. nu. 4. 5. & quod creditor probet se ibi procuratorem, vel institorem habuisse, hic in l. continuus. §. cum ita, infra de ver. ob. debet probare creditor fuisse in loco solutionis, Tiraquel. de retrac. fol. 175. nu. 10. *Mangrel.*

Frumentum cuius expensis.] Item vasallus tenetur portare reditũ frumẽti ad domum domini, Par. de reintegra. feu. in verbo fuit, fol. 32. *Ioan. Petrus Mangrella.*

Commodati. Rubrica.

AD *Rubr.*] Commodatarius tenetur de leuissima culpa, & quid differat ab alijs contractib. Dec. in l. in cõtractibus, nu. 24. infra de reg. iur. *Mangrel.*

L. Sed mihi videtur.

In princ.] Res nõ videtur reddita, quæ deterior est, & hoc procedit in re commodata, quia commodatum debet esse gratuitum, secus est in re conducta, vt voluit Spec. in titu. loc. in ver. iam num. 4. *Mangrel.*

§. *In hac actione.*

Vltramontani dicunt, quod.] Capic. in decis. 19. in fi. *de Bottis.*

L. Si vt certo. §. *Nunc videndum.*

Quod æstimatio facit emptionem.] Quando æstimatio faciat emptionem, & venditionem, vide Tiraquel. de retrac. ligna. §. 1. in gl. 14. nu. 20. Conat. in c. 28. Pract. q. nu. 7. *Mangrel.*

§. *Custodiam.*

In princ.] Commodans seruum victum transfert onus custodiæ, vt hic, sic & qui vendit seruum victum, non tenetur de uitio fugæ, l. si tamẽ. §. si qui, infra, de ædil. edi. & plus est facto, quam verbis dicere, Bal. in c. dilecti, nu. 7. de app. in prin. uendens domum pro libera, intelligitur cum seruitutibus apparentibus, Afflic. decis. 298. qui tamen contra decidit, de quo ad hunc in l. si quis ædes, de seruit. urb. præd. uide Soc. consi. 156. num. 11. *Mangrel.*

§. *Sed interdum.*

Tunc autem casus.] Tiraq. de retrac. lign. §. 15. in gl. 2. nu. 11. Alex. consil. 74. nu. 7. uolum. 6. *de Bottis.*

§. *Si duobus vehiculum.*

Sed contra istam literam.] Vide Petr. Duen. in regu. 335. in 19. limitat. *de Bottis.*

Vt si solo dicere conuenias.] Per. Duen. ubi supra, in fi. *De Bottis.*

L. Eum qui. §. *Sed si dum.*

In princ.] Vide addi. positam in l. argumentum, infra eo. tit. *de Bottis.*

L. Commodare.

Oppono, quia depositarius.] Vide latissime per Neguſ. in tract. de pign. in 3. memb. 2. partis, nu. 62. cum seq. *de Bottis.*

L. In commodato. §. *Sicut.*

Differt commodatum a precario.] Vide Couar. in 3. lib. uaria. resolut. c. 15. nu. 7. *de Bottis.*

L. Argentum.

In additio. Venit ad te pro libero, & aufugit.] De campsore soluente uirtute literarum falsificatarum, uide Ange. in consi. 370. *de Bottis.*

De pignoratitia actione.
Rubrica.

AD *Rubr.*] Pignoratitia differt ab hypothecaria, quia hæc directa, quæ debitori non datur, nisi secuta traditione, vel aliter res peruẽta ad creditorẽ, ista uero nudo cõsensu: hęc est bonæ fidei, illa stricti iuris: hæc pinguius, quia directa debitori, cõtraria debitori pro expẽsis in res factis datis, hæc triginta annis, illa quãdoq; minori tpe finitur, Neguſ. de pign. uolu. 5. fol. 292. col. 4. & personalis, & non in rem scripta datur contra tertium, uel singularem successorem, nisi ei cuius primus creditor forte obligasset, ibidem fol. 243. ubi num. 18. quatuor casus quib. hæc actio oritur non soluto debito, & successiue quando oriatur facta solutione, uel satisfactione. Quæ autem in hac actione ueniant ibid. fol. 244. pro pignore prætorio hæc actio competit, ibid. fol. 245. nu. 11. *Mangrel.*

L. Si pignus.

Tu tamen dic.] Vide late per Ias. & Gomes. Hispa. in §. item Seruiana, in prin. Instit. de pign. actio. & Negusa. de pign. in 2. memb. 3. partis, nu. 29. cum seq. usque ad nu. 40. *de Bottis.*

L. Si conuenerit.

In princ.] Ad materiam huius legis, & eorum quæ dicuntur per Doct. hic, uide Neguſ. de pign. in 1. memb. 6. partis, in princ. *de Bottis.*

L. Quamuis.

In princ.] Vide Neguſ. de pign. 4 parte. in fi. de *de Bottis.*

Et hoc inducit ad quæstionem.] Adde Marãtam in Rep. legis, si actor. nu. 34. supra de procu. & Cottam in uerb. alternatiuorum, & Neguſ. de pign. 1. memb. 5. partis, nu. 5. Alexand. in consi. 137. *de Bottis.*

Ibidem.] Adde quæ pulchre per hic tradita decidit Dec. in consi. 12. li. 1. & consi. 361. nu. 4. & nu. 10. Soc. consi. 130. num. 11. lib. 4. Afflic. decis. 172. inaduertenter meo iudicio tradit, quod si pro executione laudi ferendi fuit depositata pecunia, quæ perijt, non poterit exequi laudũ aliter. Afflic. in decis. 397. ubi concludit, quod dicta hic procedũt quãdo in fauorem ipsius creditoris expresse sonat pactum, secus si appareant indicia potius in cõtrariũ, & sic loquitur in eo, qui si nõ soluerit promittit quinq; pro centenario, & concludit quod non poterit cogi soluere. Item si maritus in eius fauorem conuenit, quod de dote deducantur expensæ necessariæ, non poterit argui a contrario sensu, quod non deducantur utiles, Dec. consi. 232. num. 7. & cum dicta decisione Afflic. 397. adde Loffre. consi. 19. per totum. Et in eo qui emerat domum, & si non soluerit pretium promisit submittere domum ipsam ad rationem quinque pro centenario, non tamen meminit Afflic. ubi quod emptor censetur propterea sibi de euictione prospexisse, quod non est dicendum omnia pacta in fauorem creditoris, & quod pactis intelligatur in fauorem eius, qui consequitur commodum, ita ut uerba stipulationis per contrarium intelligantur, & omnia quasi pro, & cõtra adducit nu. 15. ꝙ hæc lex procedit ea ratione, quia alias esset in potestate debitoris tardius solui expectando tempus uenditionis pignoris. Item si emphyteuta promisit pœnam si non soluerit: quia electio est in similib. actoris, etiam si adsit clausula, rato manente pacto, tamen eliget Dominus. Ias. in l. 2. nu. 139. C. de iu. emphyteu. Adde quæ posui ad hunc in l. qui fide, de trans. ex Abb. in rubr. de elect. nu. 12. uenditor asserens rem esse liberam. & si aliter appareat, tenetur liberare, & nõ tenetur falsi, posui ad hũc in Rubr. infra de ædili. edic. De sententia cum clausula, quod si non soluerit infra decem dies, amputetur manus, an remaneat in electione iudicis, hic in l. si cum duobus. §. [illegible] pro soc. *Ioan. Petrus Mangrella.*

L. Si rem alienam. §. *Proprie.*

Et sic facit ad quast.] Vide Cottam in ver. hypotheca. *de Bottis.*

§. *Omnis:*

Præscribitur tamen.] Vide per Didac. Couar. in 1. lib. varia. resolut. fol. 157. nu. 3. *de Bottis.*

§. *Qui ante:*

In princ.] Neguf. in 2. memb. 7. par. no. 9. & Capic. in decis. 16. nu. 6. qui loquitur de eo, qui agit pro deuolutione emphyteusis, antequam labatur biennium, vel triennium. *de Bottis.*

Vltimo nota.] Declara vt per Neguf. de pigno. in 3. parte tertij membri 5. partis, nu. 4. cum seq. *de Bottis.*

Quod oblatio facta in iudicio.] Hoc procedit si habet pecuniam in manib. Capic. decis. 16. in fi. quod tamen limita, si creditor contradicat recipere, posui ad hunc in l. accepta, C. de vsur. vbi latius etiam de prædicto dicto, & aliquid ad hunc in l. fi. inf. de distra. pigno. *Mangrel.*

L. Solutum.

In princ.] Hæc lex non militat in nouatione voluntaria. Item possunt pignora primæ obligationis reperiri in nouatione, Neguf. de pign. vol. 5. fol. 140. *Mangrel.*

§. *Si in sortem.*

An obligatio pignoris.] Negof. de pig. 4. par. 1. memb. lib. 10. *de Bottis.*

§. *Solutam.*

Vltimo nota, an illata.] Vide Neguf. de pig. in 4 memb. 2. partis, nu. 159 *de Bottis.*

Contingat liberatio.] Fideiussor tenetur soluere debitum creditori, Soc. consi. 65. col. 2. lib. 4. vbi late examinat hunc §. *Mangrel.*

§. *Per liberam.*

In possessione, & dominio.] Vide Neguf. in 1. memb. 3. partis, nume. 39. *de Bottis.*

§. *Sed si procurator.*

Videtur permitti aliud.] Vide Neguf. de pig. in 1. memb. 3. par. nu. 35. 36. *de Bottis.*

Ibidem.] Adde quod aliquando consideratur illud, quod solet expediri per alium si ab eodem mandatum habet, c. quod translationem. de offi. de leg. Idem seotit tex. in l. fi. quod cum eo. Isern. in ca. Imperialem, col. 5. de prohib. feu. alien. per Fred. Tutor dat munera secundum consuetudinē pupilli, l. cum plores, §. fi. vbi Bar. de admin. tut. qui tenuit pecuniam otiosam ex consortudine mandantis, non tenetur ad vsuras, l. quod semisses, § fi. de vsur. Commodatarius qui dimisit equum in pascuis vbi dominus fit solitus dimittere, excusatur, Pau in l. nemo, nu. 3. C. de Episcopali audientia & pulchrè Alexā. in §. morte, nu. 18. infra de noui. ope. nunciatio. & Iaf. in l. vt liberis, de col. & quod mandatū interpretetur, vt possit id quod mādans erat solitus, Dec. consil. 441. nu. 17. vbi quod seruus potest accipere mutuo, vt se alat, & vestiat, & quod solitum circa hoc in vno actu verificantur ea, quæ sunt de consuetudine. Item venit id quod concedens erat solitus ordinarie facere, non autē extraordinarie, Capic. decis. 163. nu. 4 Item consuetudo loci dat iurisdictionem, & liberam tribuit administrationem, gl. fi. c. cęterum. in fi. de donatio. Item procurator venditionis etiam pœnam solitam in instrumento promittit, Firman. in verbo procurator generalis, nu. 46. Item si in loco sit solitum condi testamentum, præsumitur testatum decessisse, posui ad hunc in l. illa, infra de ver. ob. Item potestas intelligitur, prout concedens fecisset, & delegatus debet confirmari cum voluntate delegati, Dec. in consi. 141 nu 14. Item licentia intelligitur secundum consuetudinem concedentis, posui ad hunc in l. iusiurandū. §. si liberi, infra de oper. lib. & Afflic. decis. 307. *Mangrel.*

L. Si conuenerit. §. *Si nuda.*

Breuiter quando in prouincia.] Guid. Pap. decis. 265 & Gul. in c. Raynutius, in ver. & vxorem. 5. decis. num. 498. Iacob. in l. si proprietatis in prin. ff. de iure dot. *de Bottis.*

§. *Si nuda.*

In addit. ibi in princ.] Vide late Sebast. Med. in tractatu de legib. & stat. in 4. par. q. 10. Item adde quod deficientibus statutis ipsius prouincię recurritur ad ius cōmune, non autem ad ius ciuitatis superioris, Dec. consil. 429. nu. 5 & Vide Firman. in verbo, augumentum, per totū, & idèm tradit Dec. consi. 469 nu. 12. loquitur tamen vtrobique, quādo in prouincia adita non fuisset statutum, recurreretur ad ius cōmune. Item augumentum iarulanorum ad Baronem cui concessa sunt pertinere, l. ostre. in c... §. si quanquam de manso. de controuer. inuest. & Alex. in l. ex toto, princ. de leg 3. Item additamentum principaliter nō assumit qualitates, Lofr. consi. 41. nu. 11. & ex eo posui ad hunc in l. edita, de eden. in materia cumulationis: sed priuilegium non comprehendit futuros, posui in l. si ita, infra de auro, & argento legato. ex Dec. consil. 123. Item loca inferiora debent regi statutis superiorum, Dec. consi. 53. nu 12. Ecclesiæ nouiter constructæ gaudent priuilegijs concessis ecclesijs, Alex. consi. 178. num. 34. & qui eo ad hunc in l. ab omnibus, infra de leg. 1. *Mangrel.*

§. *Si quis cauerit.*

Vnde pro declaratione.] Vide Salic. in l. quamuis, C. qui. cau. pig. ta. contrah. Neguf. in tract. de pign. 2. par. 2. memb. nu. 25. 26. & 27. *de Bottis.*

L. Aliena res.

Obligationem factam ab extraneo.] Neguf. de pig. 4. par. nu. 40. *de Bottis.*

L. Si pignore. §. *Si prædo.*

In addit. agenti pignoratitia. in fi.] Et Neguf. de pign. 2. par. 1. memb. nu. 2. *de Bottis.*

§. *Si creditor.*

In princ.] Neguf. de pig. vol. 5. fol. 237. nu. 41. vbi quod creditor, qui in tribus casibus hic promisit euictionem, potest retinere alia pignora, vt caueatur sibi de indemnitate. *Mangrel.*

L. Eleganter.

Creditor est effectus dominus.] Vide Tiraq. de retract. lign. §. 1. in glo. 14. in prin. & quid econtra an statutū loquens de datione insolutum habeat locum in venditione, vide ibi numero 18. & uide latissime Glo. Paris. in §. 13. gl. 5. nu. 46. 47. 48. *de Botts.*

Ad secundum oppono.] Vide Capic. in dec. 43. & Afflic. in decis. 16. & decis. 8. & Tiraquel. de retrac. ligna. §. 1. in gl. 7. nu. 69. Quid si est dictū quod si res data in solutum euincatur, possit agi primæua actione, si nō est tradita, an possit agi primæua actione, uide Bal. in cons. 164. quæritur res fuit data, vol. 1. in antiq. & uide omnino ad materiam istam Iaco. But. in l. libera, C. de sen. quem pondera propter pacta, quæ ponuntur in instrumentis, quod res empta, uel in solutum data, transeat in dominum. *de Bottis.*

Ad idem.] Facit decis. Afflic. 335. & pulchra distinctio Bart. in l. si quis aliam, infra de solu. *Mangrel.*

In pristino statu.] Vt remaneat in pristino statu, & etiam ponitur cautelam si mulier habeat tacitam, & postea stipulatur expressam, debet dici quod prima tacita remanet firma, Boer. decis. 352. Item quādo fit datio in solutum cum pecunia, dicitur emptio, & uenditio, Aret. in consi. 32. *Mangrel.*

§. *Qui reprobos.*

Reprobam pecuniam.] Neguf. in 2. memb. 7. par. nu. 18. *de Bottis.*

§. *Si vendiderit.*

No. quod creditor.] Vide Neguf. de pigno. in 1. memb. 6. par. num. 37. *de Bottis.*

Ibidem.] Neguf. limitat hunc tex quinque modis in uol. 5. de pigno. fol. 236. no. 77. & ad hunc in l. a Diuo Pio, §. si emptor, infra de re iudicata. *Mangrel.*

L. Non est mirum.

No. æquiparari iussum iudicis.] Et sic factum iudicis succedit in locum factum per partem, l. si ob causam, infra de euictio. sic etiam & potestas iudicis, & legis, & contrahentium ęquiparantur, l. non impossibile, infra de pact. remissime, Afflic. in constit. uiolentiat, nu. 4. Deci. in l. nec ex prætorio. col. fi. & per totum, & maxime num. 10. infra de reg. iur. Item potestas legis mortuæ, & viuæ statuentium, & cōsuetudinis par est, Afflic. deci. 303. circa fi. Valet argumentum de pacto ad statutum, gl. in rub. C. de decre. decur. lib. 11. Dec. in l. nec ex prætorio. Item gestum de conuentione partium rescindi nō potest, Dec. consi. 343. multo potest statutum, quod potest pactum, hic in l. omnes populi. in 3. q. supra de iustitia. & iustitia, & iure. Io. Plat. in d. rub. Bal. in l. quib. colum. 4. supra de legi. idem etiam Salic. in l. fi. C. de fideiuss. lex, & statutum regulantur secundum ll. loquentes de ultimis uoluntatib. nō contractibus, Alex. in l. ea demum, nu. 4. C. de col. Dec. consi. 227. nu. 8. aliqua possunt fieri per priuilegium, quæ non possunt per statutū, Dec. consil. 271. nu. 15. *Mangrel.*

L. Cum debitor

Quia est periculum.] Neguf. de pig uol. 5. fol. 245. num. 20. sequitur Bar. hic, & nu 21 quod si in terminis huius legis datus sit fideiussor, non dabitur actio ista contra fideiussorem. *Mangrel.*

L. Titius.

In princ.] Vide Tiraquel. in præfatione tract. de retra. conuentio. nu. 7 *de Bottis.*

L. Caius.

In princ. Vide Alex. in l. quæ dotis, sol. mat. & Neguf. de pig. in 3. memb. 6. par. nu. 18. *de Bottis.*

I. Rem alienam.

No. istam glo.] Vide Afflic. in decis. 40. in prin. & in decis. 383. & Capi. in decis. 51. no. 9. *de Bottis.*

Ibidem.] Adde Afflic. in decis. 37. & 383. ubi tradit quod si agitur contra habentem causam a debitore, sufficit probare possessionem debitoris,

toris, idem decis. 40. in 5. dub. inclinat, quod sufficit probare possessionem, nisi quando agitur contra debitorem, vel eius hæredem, vide dictam dec. 383. vbi per totam principalem materiam attingit pro, & contra, & tandem tradit quod quando petitur assistentia, semper fuit probatum, seu obseruatum, quod sufficit probare possessionem, & cõtra tertium, quæ est ratio? quia intentatur vtile interdictum Saluianum, in quo sufficit probare possessionem. vt supra hic subijcit Bar. & hoc innuit Regia pragmatica auferens appellationem in causa assistẽtis, quod aliter non proceditur, quia est remedium possessorium, vt tradit Neguf. de pig. vol. 5. fol. 246. nu. 2. & aliter etiam in quasi Seruiana, id est hypothecaria, quæ est petitorium, vt ibi n. 6. sed contra ipsũ debitorem in quasi Seruiana sufficit probare possessionem allegando tamen titulum contra alium verum, etiam habentem causam a debitore sit necesse probare dominium, seu quasi, Neguf. vol. 5. fol. 250. nu. 6. vbi etiam contra ipsum debitorem non sufficit, quando sumus in hypotheca generali, & debitor probet alium esse dominum, ad quod ibi, fol. 251. nu. 24. & adde quæ ad hæc in l. 1. de Sal. interd. *Mangrel.*

Fuisse quasi dominum hoc est possidere.] Vide Neguf. in tract. de pig. in 3. memb. 2. par. nu. 60. *de Bottis.*

Vt infra de acq. rer. dom. l. rem bonæ.] Adde quod licet super dominio deponentes non probent, nisi assignent rationem, tamen dicẽtes vidisse gerere pro domino, probant de dominio, Loffre. in consil. 19 numero tertio. item probant possessorem excipientẽ memoriam, transfert onus probãdi in aduersarium, qui fuit in bonis alterius. posui ad hunc in l. quidam in suo, de cond. inst. & Loffr. in consi. 44. & quod testis, vel laudum arbitratoris non probet dominium, Dec. consil. 564. & de dicto Bar. hic, Neguf. de pig. vol. 5. fol. 252. nu. 25. Item agẽs rei vendicatione debet probare se dominum, sed agens petitione hæreditatis debet tantum probare defunctum illa bona possedisse nemine contradicente, Boer. decision. vbi habes quomodo probet dominium. *Mangrel.*

Sufficit probare eius possessionem.] Vide Neguf. vbi supra nu. 62. *de Bottis.*

Hoc videtur sentire Cy.] Afflic. decis. 383. & Ias. in l. item Seruiana, nu. 89. de actio. *de Bottis.*

Quid sit narrandum in libello.] Vide duos modos libellandi in hypothecaria, per Didac. Couar. in lib. varia. resol. fol. 142. *de Bottis.*

Libelli quæro qualiter.] Et procedet hoc etiam in pignore prætorio, vel iudiciali ex mente Azo. in sum. de Præt. pign. ibi, effectus autem omnis pignoris, & in tracta. hypotheca. Ias. in § item Seruiana. Instit. de actio. vbi Agnel. nu. 4 quod licet hypothecaria docet possessionem, tamen est iudicium petitorium, & non possessorium. Et quod dicitne quod defunctus non obligat bona hæredum, nisi eorum nomine, vel cum promissione de rato id faciat. Loffr. consi. 32. nu. 15. posui ad hũc in l. obligatione generali, de pig. & cum Loffr. cõuenit Neguf. de pig. vol. 5. fol. 191. *Mangrel.*

Item oppo. extra gl. quando aliquis.] Neguf. in trac. de pign. 2. par. 2. mẽb. nu. 57. & 3. par. 1. memb. nu. 16 *de Bottis.*

Venio ad vltimam particulam.] Non licet hæredi redarguere mendaciũ defuncti, & facit in simili, si testator obliget bona hæredis, & accipiat hæreditatem confirmat obligationem, uide Afflic. decis. 200. & 111. *Mangrel.*

L. Pignori. §. *Titius.*

No. ex hac l. quod propter.] Vide Iacobi. l. reipublicæ, ff. de iu. dot. & ibi an possit quis compelli ad vendendum territorium pro electione furcarum. *de Bottis.*

Potest accipere esiuum.] Tiraq. de Nobil. c. 20. nu. 103. *Mangrel.*

De exercitoria actione;

Rubrica.

L. Prima. §. *Si plures.*

NOs videmur an aliquis.] Vide Ant. But. in c. cum olim viri. col. de arb. & Afflic. in consti. vt uniuersis, nu. 23. *Iacobus Anellus de Bottis.*

An ergo liqueat hac materia.] Vide Scribentes in c. si dubitatur, de offi. dele. & maxime Dec. & apostillam ad Bal. in l. vnica, colum. pe. C. ne liceat tes prouoc. & adde quod si sententia lata de consilio alterius transit in rem iudicatam, Hippoly. sing. 421. & quod de sententia dicente pronuncio, vt consulit, vel tm consi. Mat. & de aliis quæst. Afflic. in const. statuimus, nu. 3. vsque ad 34. Item etiam si habuerit votum, non tamen protulit sententiam, nihil facit. Afflic. decis. 303. Arnal. in c. quoniam. de hær. in 6. pag. 127. in ver. 10. quætu, vbi tradit consi. necessario requisitum esse sequendum, & late de annexis quæstionibus differit. & vide quæ posui ad hunc in l. 2. quod quis. iur. *Mangr l.*

Consilio sapientis iudex.] Et hoc facit quod magna curia debet iudicare in causa Baronis cum consensu parium, si non fecit adhiberi consensum pariũ, utrũ valeat sententia, Afflic. in const Reg. vt uniuersis. *Mangrel.*

Septimo quæro, quid si partes.] Limita hoc tribus modis, vt per Dec. in c. si pro debilitate, de offi. deleg. & Pet. Duen. in reg. 109. *de Bottis.*

L. Lucius:

In princ.] An hæc lex habeat locum in ciuitate, & Ecclesia, vide Alex. in l. ciuitas, col. 3. supra si cer. pet. *de Bottis.*

Ad legem Rhodiam, de iactu.

Rubrica.

L. Prima:

IN princ.] Potest destrui domus, ne ignis transeat vlterius, Dec. consi. 651. nu. 8. in fi. vbi intelligit id procedere si domus omnino erat peritura, cuius contrarium tenet gl. in l. si quis fumo. §. fi. hic allegata, & quod nõ possit comburi propter pestem, decidit ibi Dec. *Mangrel.*

L. Deprecatio.

In addit. in ver. Imperator est dominus.] Hæc solutio diuinat secundum Ange. hic, utet communiter tenetur cõtra eam, tamen reprobat Fulgos. hic, qui sequitur sol. gl. vide ipsum, & Ange. refert Gul. de Cũ. dãtem aliam solutionem, quæ etiam diuinat, ut hic per eum. *de Bottis.*

L. Si vehenda. §. *Si ea.*

In princ.] De impensis in re dotali. Item de culpa, quæ non est ordinata ad casum, non imputatur l. non omnem, infra de statu lib. Soci. consi. 200. nu. 3. lib. 1. Pau. consi. 429. lib. 1. excusat culpam eius, qui non refecit molendinum, quæ ex postfacto ob derelictam frequentiam a maemantibus fuit redactum inutile. Item ubi quis allegat aliquem teneri de casu, quia culpa præcesserit casum, oportet, quod casus ille euenias solum propter culpam illam, & aliter non interuenisset, nisi suffecit illa culpa, Alex. consi. 14. lib. 6. nu. 6. *Mangrel.*

De institoria actione.

Rubrica.

L. Sed & si pupillus. §. *De quo palam:*

ALiquem certo loco.] Adde quod ex fama publica præsumitur scientia, Dec. consi 154. nu. 2. ubi ou. 1. notanter tradit, quod dispensatus super assertione, quod ignorauerit impedimentum matrimonii, tenetur probare ignorantiam, alias dispensatio est nulla. Item ex eo, quod bulla unionis steterit in ualuis Ecclesiæ, præsumitur scientia, etiam quo ad pœnam caducitatis, idem in consi. 160. n. 3. ubi subdit, quod etiam in facto alieno non excusat ignorantia eius, quod quis scire tenetur. Item vt quis dicatur habere notitiam requiritur, quod sciat rem, & qualitatem & circunstantias eius, Dec. consi. 228 num. 6. ubi 7. quod præsumitur scientia eorum, quæ publicata sunt. Item eorũ quæ sibi ad domum denunciata sunt, Bar. in l. si tutor, in fi. C. de peri. tutor. Item soluens legatum, vel immiscens se hæreditati præsumitur scire contenta in testamento, Dec. consi. 267. nu. 2. ubi etiam, quod agens ex testamẽto præsumitur penès se illud habuisse, & scire cõtẽta in eo. Item si interfuit actoi, si erat consanguineus, si erat uicinus, uel consocius, & habitabat in ciuitate concurrente fama, præsumitur scientia. Imo. in l. is potest, nu. 7. de acquirenda hæreditate. Vide limitationes per Alex. nu. 15. Item ex his, quæ communiter fieri solet scientia præsumitur, Dec. consi. 303. nu. 4 ubi uideas plures remissiones, & uide quæ posui ad hunc in l. de his, in prin. de transact. Item præsumitur scire illud, quod quis articulauit esse notorium, Aret. consi. 101. col. pe. in uer. sed alio capite. Item præsumitur scire factum arduum, ut spoliũ castri notabilis, Capic. decis 69. nu. 14. Item præsumitur scientia sententiæ, quæ præcesserunt banna, & citationes per edicta, Loffr. cons. 30. nu. 22. ubi nu. 21 quod scientia filij non afficit patrem, nec procuratoris dominum. Item etiam alieni facti notabilis seu grauis, uel facti publici pr̃sumitur scientie, Loffr. cõs. 35. nu. 18. ubi quod paria sunt scire, uel scire debere. Item scientia officialis æquiparatur scientiæ procuratoris, idem cons. 36. nu. 11. ad quod uide, quæ posui ad hunc in l. 1. C. de seruit. & aq. Item banni emanati in locu familiæ, præsumitur scientia Loffr. cons 45. nu 13. Item scientia ad excludendum remedium legis secundæ, C. de rescin. uen. non sufficit præsumptiua, quia fit factum proprium: sed quod fuerit uersatus circa rem, uel fuerit administrator, Dec. cons. 583. nu. 3. quod coniunctus præsumatur scire facta coniuncti, l. 8. C. unde cog. Dec. cons. 69. col. 2. in fi. de teste dicẽte, quia scio, quod uicinus; ad hunc in l. j. si cer. pe. coniunctus præsumitur scire mortem coniuncti, ut transmittat ius deliberandi, l. qui duos, col. fi. infra de rebus dub. ubi Soc. col. pe. si coniuncti habent aliquem pro furioso, uel

prodigo

prodigo talis præſumitur, ad hunc in rubr. ff. de bon poſſ infanti, muto, & multa ſpecialia affinitatis. Afflic. in rubr. de iure Prothomiſeos. *Ioan. Petrus Maegrella:*

De tributoria actione.

Rubrica.

L. Quod in hærede. §. *Eligere.*

IN *princ.*] Eligent viam agendi ordinarij, non poteſt redire ad ſuam executiuam vigore ſtatuti, gl. fi. in l. proinde. §. notandum, in fi. ſupra ad leg. Aqui. quod ſecus eſt, quando iudex non pars eligit viam ordinariam, Rom. conſ. 133. de quo Maran. in diſp. 6. nu. 24. & facit regula: via, quam elegiſti, &c. l. ſi mulier, §. fi. ſupra quod me. cau. ſic & creditur qui poſſit ſibi ex facto ius dicere ſi adiuit iudicem non redit ed uiam pacti, Bal. in l. 1. nu. 2. de execu. rei iud. & qui agit interdicto, uti poſſid. nō poteſt amplius turbare propria authoritate quem expellere, Aret. in l. clā poſſidere, §. qui ad nundinar, infra de acq. poſſ. nu. 13. & quæ ad hunc in l. eum qui certarum, §. 1. de ver. ob. & l. creditores, in prin. de pign. Appellationis cauſam ordinarie proſequens, ac petent reuocari attentata non redit ad ſummariam cauſam reuocationis attentatorū, Arch. in c. non ſolum, de app. in 6. nu 2. Loff. conſi. 18 no. 5 ad quod in ratione adaptatur pulchra dec. Are. in l. 1. C. de bonorū poſſeſſio. fin. tab. vbi q̄ quū quis vno modo introduxit cām contra aliquem, & poſtea ſummarie idem petat, videtur ipſemet contradictorem paraſſe, & etiam ſi ex forma ſtatuti non debet admitti exceptio aliqua, tunc admittitur. Itē ſi habeo plures actiones, & vnam eligo, quæ non prodeſt mihi, poſsū adire ad aliam, Bar. in l. 1. §. ex hoc ſcripto, infra de uen. in poſſ. mit. & ita intelligitur dictum Bar. in l. conſentaneum, nu. 17. C. quomodo, & quando iudex. Item ſi quis commodauerit rem, & commodatario ſit illa res furata, ſi dominus egit contra furem, non poteſt agere contra commodatarium, Ang. in §. qui de fullone. Inſtit. de ob quæ ex de li. Item ſi quis habet electionem reſpectu loci aliquem conuenire ſi eliget in vno conuenire, non poteſt variare, & agere in alio, Bar. in l nō utique, ff. de eo, quod certo loco. Item ſi quis ex deſcendentibus, & aſcendentibus ageret ex teſtamento poteſt variare, & agere poſtea ab inteſtato, etiam ſi ſciret illam fuiſſe veram actionem, Boer. dec. 33. expoſui ad hunc in l. fi. C. de eod. Item actor in proſecutione cauſæ poteſt variare, & nouum libellum dare, ſed ſi ad primum libellum ſe adſtrinxit debet ſemper illum proſequi, & variare non poteſt, Boer. deciſ. 42. nu. 13. & Afflic. deciſ. 70. & poſui in l. 1. ff. de eden. Itē agēs via ordinaria renonciat pacto executiuo, Maran. in ſua q. 6 vbi plene. Itē ſi quis pro ſuo credito incumbit pignori in bonis debitoris, poteſt ēt agere actione perſonali cōtra debitorem, vt caueretur, Boer. dec. 309. Item ſi habeo duos reos, & vnum conueniam pro parte, videor eligere, vt non poſſim contra alium pro tota quantitate agere, ſi a primo conuento non poteſt mihi ſatiſfacere, Bar. in l ſi ſupra ſi certū. pe. vbi Dec. ſi ago contra principalem poſſum poſtea agere contra fideiuſſorem. *Mangrel.*

Quod cum eo. Rubrica.

AD *Rubr.*] Iuramentum facit, quod in generali renunciatione videtur renunciatum ne quis conueniatur vltra, quam facere poſſit, Bauer. de nir. iuram. col. 1. fol. 18 n. 12. & quando poſſit renunciari beneficio iſti, ne conueniatur vltra, quam facere poteſt, Alexā. in l. alia, §. eleganter, infra ſol. matr. & filiusfamilias ſi contraxit debita, & ſtatim ſe emancipauit, non tenet emancipatio, Soc. in reg. 187. & Iaſ. in l qui cum ſe, ſupra de iudic. Item iſti beneficio ne quis conueniatur, non poteſt renunciari, Alex in d. l. alia, §. eleganter, & Iaſ. in l. qui iuraſſe, § ſi pater, de iureiur. & Bar. in l. filiusfamilias, infra e. vt habeat diſpoſitin legis ſecundæ, C. e. quæ requiruntur, vide Pau. de Caſt. in dic. l. 2. & in generali renunciatione videtur huic beneficio renunciatum, Dec. conſi. 27. Rom. conſ. 472 Bar. in d. l. alia, §. eleganter, infra ſol. mat. Item filiusfamilias hodie non obligatur ex nullo contractu, & caſu, quando non interuenit conſenſus patris, Gramm. dec. 12. & poſui in l. denique, §. ſed tutorum, infra de minor. Item pauper agens contra pauperem, qui opponit exceptionem huius beneficij, non anditur cum eſſet cooperire vnum altare, & diſcooperire aliud, Hippoly. in ſing. 99 Item vt gaudeat beneficio debet abſtinere, tamen ſi habet cū beneficio l. gaudei, Ale. in l. ſcimus, §. & ſi prætor, C. de iure delib. Item per clauſulam omni legum auxilio, quando videatur, & quomodo renunciari, poſui in l. Stichum, §. idem quæſiuit, de rond. indeb ſi poſt carcerationem valet emancipatio ad illum euitandum, apoſtilla ad Bar. in l. dubitetur, §. filiusfamilias, in verbo, quære, infra de fideiuſſor. *Ioan. Petrus Mangrel.*

Ad Senatusconſultum Macedonianum.

Rubrica.

L. Si quis patremfamilias.

IN *princ.*] Et quod non debet eſſe ignarus ille, cum quo cōtrahitur, l. qui cum alio contrahit, infra de reg. iur. & ibi late Dec. *Mangrel.*

L. Sed Iulianus a diecit. §. *Proinde:*

In princ.] Si præcedit debitum de recenti, & ſubſequitur datio in ſolutum, præſumitur in fraudem pro eo, qui habet ius congrui, Afflic. de iure Prothomiſeos, vol. 12. fol. 173. & generale eſt quod actus qui ſequitur declarat uoluntatem præcedentem, Dec. conſ. 336. nu. 1. Si quis bona in permutatione recepta ſtatim vendidit, præſumitur in fraudem permutaſſe, & ſimili arguit Afflic. deciſ. 72. in prin. in uerbo quod adducitur, & facit quod ſi maritus ad augmenta uxori pecuniam det, & illa creditor ſoluat mox totidem erogat augumentata dicitur non locupletior, l. quod autem, §. ſi maritus, infre de donatio. inter virum, & vxorem. & ſi fiat alienatio licita, & de ea incontinenti transferatur ad illicitam, fraus præſumitur, ad hunc in l. ſi ventri, §. in bonis, de priuileg. credit. & ſic famulus de recenti expulſus præſumitur in fraudem, vt teſtificeretur, hic in l. fi. de do. inter uirum, & uxorē, *Mangrel.*

L. Si filiusfamilias:

In princ.] Vide plura per Hippoly. in pract. crim § diligenter, nu. 137. & ad cautelam ibi traditam de extorquendo probationem a debitore, adde in ſimili Bal. Nouel. in l. 1. §. ſi quis ita, nu. 4. infra de uer. ob. licet fortius dicitur conſentire ille, qui ſcribit ad alium literam, Soc. cōſi. 291. nu 13. lib. 2. Item cautela eſt, quod coram teſtibus ſcientibus tenorem literarum preſententur, qui ibi aſtent, donec aperiātur, Ale. ad hunc in l. quo enim, in uerbo, comprobare, infra rem ratam habe. Item ſi ante acceptionem ſcribens moriatur non probant ulterius literæ, poſui in l cum Cornelius, infra de ſol. Hippoly. in Rub. de probat. nu. 248. *Mangrel.*

De peculio. Rubrica.

L. Ordinarium.

SEd *obligatio fideiuſſoria.*] Nota quod fideiuſſor non adhæret reali obligationi, contrarium uolunt Doct. in l. dominium, C. quod cum eo. *de Bottis.*

L. Peculium:

Item nota, quod remittere eſt dare.] An remiſſio debiti ſit donatio, uide per Didac. Couar. in 2. lib. uaria. reſolu. c. 4. nu 8. fol. 410. *de Bottis.*

L. Quam Tuberonis. §. *In peculio.*

Nota, quod omnia nomina actiones.] Adde Dec. in cōſ. 137. 2. col. *de Bottis.*

L. Eo tempore. §. *Seruus.*

Sed verus dominus.] Sic & dictio, de, cauſam immediatam ſignificat. Itaque ſtatutum quod non poſſit fieri pax de percuſſionibus ſanguinolētis non urget in ea, quæ ex impulſu ed terram fuit ſanguinolēta, Dec. conſi. 624. nu. 3.

Ad Senatusconſultum Velleianum.

Rubrica.

AD *Rubr. in addit. ad Velleianum, in vltimis verbis.*] Adde Aret. in §. item qui in iudicio, Inſt. de excep. Dec. in l. 2. nu. 15. de reg. iur. *de Bottis.*

L. Vir vxori. §. *Si mulier.*

In princ.] Vide Alex. in con. 66 uiſo rhemate, uol. 4. Afflic. deciſ. 209. q̄ ſi uir & uxor ſimul uendunt aliquod, an eo caſu poſſit petere dotē, quamuis concurrit pretium rei uendiṭę, Alexā. conſ. 38. conſideratis, uol. 2. & aliquid per Afflic. in deciſ. 336. faciunt quæ addidi ad Bar. in l. Modeſtinus, intra de ſolutio. Item in ſimili, ſi pater, & filius inſolidū confitentur recepiſſe dotes, præſumitur ad patrem peruenisſe, quo ad hoc ut in diuiſione inter fratres habeat præcipuas, Curt. conſ. 34. ſæ

pe &

pe & frequenter, & ad dictum conf. Alex. uide Afflic. 32. col. fi. ubi dicit, quod si pecunia peruenit ad mulierem, aut in casu quo manente matrimonio potest solui dos, aut non &c. & in decis. 209. vbi tradit si mulier vendit censeri pretium ad virum peruenisse cōtra Bar. ibi per eum alleg. sed quod censeatur ad vtrunque peruenisse secundum opinionem Bar. sequitur Curt. sen. consi. 54. saepe. & frequenter, sed contra Bar. dicit esse communem, Bal Nouel. in tract. dot. in 6. pat. princ. in 1. speciali, in 2. limit. & opinionem Bar. sequitur Alexan. in d. cons. 38. vbi tamen non firmat pro constanti, & omnino aduerte ad d. decis. Afflic. 311. quae vt dicitur loquitur melius omnibus satiendo vim, an fiat in casu quo constante possit dos restitui per ea, quae dicuntur in l. maritus, §. manente, & Alex. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, nume. 8. infra sol. mat. & ad reg. huius in l. 3. §. si vero, infra de donat. *Mangrel.*

De compensationibus. Rubr.

L. Verum est.

ET tollat debitorem ipso iure.] Ad istam doctrinam Bart. vide Matthęum de Afflic. in decis. 121. nu. 1. *de Bottis.*

In addi. non est necesse, in illis verbis.] Vide Afflic. decis. 121. & 381. *Mangrel.*

L. Quod in diem: §. *Si rationem.*

Item ei qui succumbit.] Adde Dec. in consi. 96. *de Bottis.*

Vbi sententia lata super.] Vide late Crot. in l. qui Romae, §. duo fratres, nu. 15. de ver. ob. post Scribentes in l. 1. C. de or. iud. hic alleg. Bal. in l. si index, in 1. & 2. lect. infra de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & quādo est idem debitum, eadem persona, eadem causa indistincte non potest refricati idem principaliter agendo, Dec. pulche in cons. 96. per totū. *Mangrel.*

Depositi, vel contra. Rub.

L. Si rem.

FAcit ad quaestionem.] Tiraquel. de retrac. conuen. in fi. nu. 153. 154. *de Bottis.*

§. *Sape.*

In princ.] Contra istos, qui gratis inseruiunt, adde in l. quod Nerua, in col. pe. infra eo. adde contra istos affectantes, Cagno. in l. si quis mater, nu. 97. C. de trans. Hippoly. in l. 1. §. cum quis latrones, in prin. & nu. 12. & 10 sing. 137. Item implorans officium non gaudet eius immunitate, Patis in verbo, officialis, in verbo officium, in fine. Item ingerens se tutelae tenetur etiam de leuissima culpa, Dec. cons. 234. nu. 5. simile de depositario salariato posui ad Bar. in l. si vt certo, §. si nūc euidenter, supra cōmod. & limita hunc tex. non vigere si gratia deponentis tantum depositum factum sit, Dec. in l. contractus, nu. 2. infra de reg. iur. & in simili de eo, qui casum apppetit, posui ad hunc in l. generaliter, in princ. supra de negoc. gest. sed tamen habens sententiam pro se petit eius confirmationem, vt possit exequi, iux. clement. 1. de re iudic. ad hunc in l. de pupillo, §. qui opus, infra de no. oper. nūciatio. pauper praesumitur affectasse, hic in l. spadonem, §. fin. de excusat. tut. Item quia quis potest obligari in plus, vel in minus, quam de iure obligatus est: quia contractus ex conuētione legem accipiūt, sed hoc procedit, dummodo non sit mutata qualitas, & contractus, Dec. in l. contractus, nume. 36. infra de regulis iuris. vbi si natura contractus alteretur, secus si muteiur illud, quod est de postulantia contractus. *Mangrel.*

§. *Si quis argentum.*

Debet in libello inserere.] Adde Purpura sum in l. edita, colom. 4. in prin. C. de eden. idem tredit Innocen. in cap. significātibus, de libelli obla. in verbo, sed si nesciet in eo, qui iurat ignorare, quam partem petat, vel signa rei, ad hunc in l. si quis ex argentarijs, §. fina. supra de eden. ex Aret. in cons. 119. & multos casus, quibus statur iuramento, posui ad Iaf. in §. sed istę, nu. 88. de actio. *Mangrel.*

L. Si quis inficiatus.

In princ.] Et an procurator interpellans teneatur ostendere instrumētum, alias nihil facit, Afflic. decis. 316. in uerbo, praeterea. il a. Sadolet. in l. quod te, nume. 124. supra si cert. petat. similiter tutor interpellaus debet ostendere testamentum, uel dici facere per personas, quae dicant uidisse, Bart. in l. quidam decedens, § fin. infra de administrat. tut. Item si interpello te ex facto tuo non requiritur alia certificatio, econtra secus, hic in l. quod te, colum. 3. supra si cert. peta. Item si interpellatio fiat authoritate iudicis non requiritur alia certificatio iu-

rium, Alexan. cons. 37. nume. 2. lib. 3. & 38. nu. 9. lib. 5. quem sequitur Baueri. in tract. de mora, uolum. 1. fol. 255. nu. 3. ubi uidetur sentire, quòd quando procurator protestatur, quòd soluat domino, nō requiritur vt ostendat mandatū. cogita. Denuncians debitori debitoris, quod nomen sit obligatum tenetur ostendere instrumentum crediti, hic in l. qui in alterius, infra de regulis iuris. Tiraquel. de retrac. fol. 79. nu. 99. 100. vide in l. qui alterius, nume. 7. de reg. iur. *Mangrel.*

Ex hac lege anno isto collegi.] Adde Afflic in decis. 316. & Tiraquel. de retrac lign. §. 1. in glo. 10. nu. 99. cum seq. & 105. cum seq. *de Bottis.*

L. Diesponsaliorum: §. *Qui pecuniam.*

In fi.] Adde quod depositarius recipiēdo vsuras videtur renunciare priuilegijs depositi, l. si vēnti, §. in bonis, infra de priuil. cred. Itē ex tali deposito, sicut mutuo lucrū percipi potest, Dec. cons. 116. *Mangrel.*

L. Publia Maeuia. §. *Titius Sempronio.*

In princ.] No. quod non creditur literis priuatis, adeo quod si quis mittit famulum ad bancum, cum eius litera non probat, & si bancum soluit, vtique ad sui periculū si litera est falsa, & idem dicimus in alijs literis, Boer. decis. 282. vbi dicit quod caueant mercatores, & bancherij, tamen si litera habeat sigillum, & sit compensatio, creditur, & in d. decisione habes de literis credentiae, & cambij, & literis commendatitiis, & de epistolis missiuis, quibus quando credatur, Boer. decis. 333. vbi litera missiua interrumpit praescriptionem, & inducit tacitam confessionem, & ad plenum de literis credentiae, Bart. in l. Lucius, infra de fideiuss. & vide quae ad hunc ibi posui. Item quando credatur literis cambij, & responsionis, Bal. in cons. 254. libro 4. & idem in cons. 54. libro. 3. Item si quis acceptat literas ad se transmissas in eo, quod contra eum est, probat Bal. in rubr. C. de fide instrument. Item si habeo literas cambij, & illas deperdo, tenetur mercator dare pecuniam, Bal. in l. instrumenta. C. de fideicommiss. & ibi Iaf. & Pau. de Cast. & Boer. decis. 282. habes quando scribo ad banchum, quod det pecuniam Titio, per altri tanti riceuuti da esso. Item si in libro tam priuato, quam publico adest aliqua partita connexa cum alia non potest quis vnam sine alia acceptare, Bar. in l. quaedam, §. nummularios. supra de eden. *Mangrel.*

Illud quod facit pro me, & illud quod facit.] No. quod si confessio in ciuilibus continet plura capitula pro parte actoris, potest pro parte acceptari, & pro parte non: si autem continet vnum connexum, non potest pro parte recipi, & pro parte reijci, vt hic, & Bart. in l. si quidem. C. de except. secus in criminalibus, Bar. in l. Aurelius. §. penult. infra de liber. leg. Ab. in cap. bona. il secondo. de postulat. praelat. Boer. decis. 243. 339. vbi in ciuilibus scinditur confessio: nam actor potest confessionem rei acceptare in eo, quod facit pro se, quam contra se repudiare. Item diuersitas inter librum rationis, & epistulam est, nam in ea possum acceptare partem, & partem reprobare, secus in libro rationum. Matthesi. in sing. 81. *Mang.*

L. Bona fides.

Tamen hoc non concludit.] Adde Afflic. in const. pacis cultum, nu. 22. Castellanus non vero domino, sed ei qui praeposuit, restituere debet, Loffr. consi. 5. nu. 40. & consi. 47. in fi. ad quod quae ad hunc in l. si vrbana. supra de condict. indeb. *Mangrel.*

L. Quod Nerua.

12 iudex ferat † sñiam cũ ꝯsilio sapientis, a iudex tulit sñiam sine illo,
a an valeat sñia? vr̃, q. sic qa leuis omissio solẽnitatis non vitiat. l. 1. in fi. de uent. insp. Sed ista est leuis solennitas, * qd patet, quia nõ dẽt eius ꝯsiliũ sequi de necessitate, vt s. dixi ergo &c. Contrariũ credo. Cũ. n. iudex hẽat pt̃atẽ a lege municipali ciuitatis, & lex illa ciuitatis dicat ꝯsiliũ dẽre requiri, tunc dẽt requiri de necessitate, vt dictũ est, alĩs actus non valet. nõ ob. ꝯtriũ. quia dẽs sc. re, s̃m Old. † q. q̃dã
13 est solennitas, p q̃ substantia facti non p̃t mutari, & ista dr̃ leuis solennitas, & omissa non vitiat. d. l. 1. in fi. ff. de vent. insp. Quædam est solennitas, per q̃ facti substantia põt mutari, si omittat̃, & ista non
b dr̃ leuis solẽnitas, b arg. in l. cum hi. §. si p̃tor s. de transa. Sed in casu nr̃o ꝯsilium sapientis põt trahere iudicem in ꝯriam sñiam, l. item si
14 vnus §. principali. & l. seq. s. de arbit. ergo non est leuis solennitas. † Quinto q̃ro iuxta p̃dicta, q̃dam cã est ꝯmissa al. cui ꝯsulenda, ille ꝯsultor omittit dare ꝯsilium, an sit alteri ꝯmittenda, vel iudex procedat alterius ꝯsilio nõ requisito? Qđ vr̃ p ea. q̃ dicta sunt in 2. q. Credo tñ alij ꝯtrariũ, per l. in ꝯiunctione. C. de nup. Non ob. q̃ dicta sunt s. in 2. q. qa illa vera, qñ in dispõne persona apposita ẽ, cuius ꝯsilio q̃s dẽt vti. In q̃one aũt nr̃a loqmur, qñ statutũ gñalr̃ loquitur, q. feratur cum ꝯsilio sapientis, q. ꝯsilium in g̃ne perire nõ põt, vt l. incẽdium. C. si cer. pet. & l. q. te. s. si cer. peta. & j. ad l. Falc. in rõne. §. tamen si. & d. §. diligenter. Et circa p̃dicta vide multa mẽbra, seu verba,
c quæ ponit Spe. in tit. de requi. ꝯsi. † Sexto q̃ro, qd si ꝯpromissum ẽ
15 in aliquẽ, q. ferat sñiam s̃m cõsilium alterius sapientis, an valeat, d
d Vr̃ q. sic, qa in iudiciarijs, ꝯtractib. & in vltimis voluntatib. põt tal s ꝯdõ apponi, vt s. vidistis. In ꝯrium vr̃ casus l. item si vnus. §. idẽ Pomponius. de arb. Sol. dñt q̃dã, q. valet. p ea q̃ dicta sunt. Non ob. l. item si vnus. §. idẽ Põponius. s. de arb. quia ibi fuit dictum, q. pronũciaret, prout Titio dispensatori placeret. iõ non valet, quia oĩs pt̃as collata vr̃ in placitũ Titij, siue æquum, siue iniquũ dicat. iõ non valet, quia remanet arbiter solo noĩe. arg. j. tit. l. sed & si pupillus. §. sed si in totũ. Sed si dixisset s̃m arbitriũ, vel ꝯsiliũ Titij, tũc valeret, quia intelligit̃ ꝯsiliũ Titij s̃m arbitrium boni viri, vt s. dictũ est. Et sic intelligit̃ §. sed si ita, q. sequitur statim post. §. idẽ Pomponius, ar. j. de le. 3. l. si deicommissa. §. q̃q. & ita dicebat Oldr. & refert q. erat intellectus Hostiẽ. Sed certe nr̃i glossatores aĩr intelligunt. §. sed si ita. nec dicta
16 opinio placet: nã verbũ, placet, † seu placebit, idẽ importat q. verbũ, arbitratu, vt intelligat̃ de arbitrio boni viri, non de libera voluntate. Casus est de fideic. liber. l. Lucius Titius testã. Et sic inducendo, relictum liberis collatum in liberã voluntatem grauati, non valet, ut l. fideicommissaria libertas. i. respõ. j. de fideic. libe. Sed si ita relinquat̃ libertas, si hr̃di placebit, valet. Ergo manifeste ꝯcluderem, q. verbum, placet, dẽt intelligi de arbitrio boni viri, nõ de libera voluntate, ergo idem est dicere, arbitrio Titij, quum dicere, de consensu, & ꝯsilio Titij vel beneplacito Titij. Nã de vtroq; intellr̃ dictum ar-
e bitrium boni viri. In q̃one ergo p̃missa e dic, aut est dictum de cõsilio, & consensu, vel beneplacito Titij, vel arbitratu Titij, & non valet, vt d. §. idem Põponius. Rõ, quia ista ꝯdõ est ꝯ substãm arbitrij q̃ est, vt arbiter possit pronũciare æque, vel inique. l. idẽ ꝯferre. §. statu. de arb. Sed eo casu aufert̃ libera pt̃as arbitro q̃a ꝯ illius Titij placitum ꝯsiliũ, seu arbitrium, nõ p̃t pronunciare, cũ talis pt̃as sit ei data ab hoĩe, vt dictum est s. in 4. q. ergo &c. Aut est dictum, q. arbiter p nunciet cũ ꝯsilio Titij simplr̃, & tunc valet, quia sufficit, q. eius ꝯsiliũ requirat. nec tenet̃ sequi. ut dictũ est, & sic per hoc non aufert̃ ei libera pt̃as. & hæc opi. tangit̃ in Spe. de arb. §. sequit̃. ver. sed quid si
f dicat̃. Et ex hoc apparet, q. gl. f j. de hær. inst. l. illa instõ, q̃ dt̃, q. põt ꝯpromitti, vt ferat̃ sñia, ut videbit̃ de iure alicui sapienti, non be-
17 ne dicit. Nã † verbũ, videbit̃, g idẽ importat q. verbũ, placebit seu
g arbitratus fuerit, vt d. l. fideicommissaria libertas. j. de fideico. lib. †
18 Septimo q̃ro, quid si partes ꝯsentiant in iudicem ordinarium, vt ferat sñiam, prout videbitur tali sapiẽti, & iudex hoc fecit, an valeat? Et vr̃ q. non per ea q̃. s. dicta sunt de arb. arg. l. 1. s. de arb. Contrariũ
19 dico per l. si ꝯuenerit, de re iu. & iõ aliud in iudice, qui non hẽt † ita liberam pt̃atem, sicut hẽt arbiter: imo hẽt ipsam limitatam, & obligatã legi. & æqtati. vt in Auth. iusiuran. q. p̃stat̃ ab his, per totũ, & j. de pœnis. l. hodie. & Inst. ff. de off. iud. in prin. & sic nõ est ꝯ sñiam iudicis, seu eius substantiam. An aũt teneat̃ sequi de necessitate, patet
20 ex his, q̃ s. dicta sunt. † Vltimo q̃ro, qd si dicat̃, h q. ferat sñiam cũ
h consilio, & arbitrio alicuius incertæ personæ, an ista adiectio aliqd operetur? distingue. Aut loqueris in extraiudicialib. aut iudicialibus & his, quæ sapiunt naturam iudiciorum, vt arbitria. Primo casu, aut illius incerti electio competit plurib. & tũc non valet, q. agitur,
i quia p̃nt in eligendo dissentire. i l. si merces. in princ. j. loc. & ibi no. Fallit in casu. l. si fundus. in fi. de pig. & in casib. in quib. valet promissio incerta. ff. de iu. dot. l. cum post. §. gener. & ibi not. dixi in l. stipulatus de ver. obl. Si vero competit vni, tunc valet, quia cessat ratio prædicta ergo &c. ar. l. adigere. §. quamuis. de iure patr. Secũdo casu, qñ in iudicialib. tunc valet iudicis interlocutio, q. partibus discordantib. vel ipse eliget, vel partes ad concordiam coget. s. de arb. l. item si vnus. §. principaliter. & s. de iureiu. l. iusiurandum. §. si de qualitate. & de bo. auth. iud. pos. l. in venditione. in fi.

ADDITIONES.

a Cum consilio sapientis. Si sñia fertur sine consilio sapientis, an valeat. Ex quo dixit singulariter Io. An. in c. non est, de consue. in 6. In nouel q. si iudex committit causam alicui cum hoc q. non ferat sñiam sine consilio talis sapiẽtis, sñia, qd si lata est sine consilio, est nulla ipso iure, sine app. & in hac materia, de consilio, & an iudex committens causam possit cõmittere eã cũ hoc, q. nõ ferat sñiam sine suo cõsilio, an valeat, & si vide Inn. in c. si pro debilitate, de off. deleg. Sed circa hoc dicit hic Bar. considera pp id, q. dixit Bar. in l. 1. & ib. dixi, C. de rela. Et ad p̃dicta vide vnũ verbũ Bal. in c. 1. de conte. inuest. & Bal. in l. 1. C. de leg. & Bal. in repe. l. tale pactũ §. qui prouocauit, sup. de pac. & Ang. in l. ad principem. j. de app. & Bart. in l. ille aut ille, §. cum in verbis, de leg. 3. & de consilio auth. vide Bal. & Ang. in l. 1. C. de tut. & cur. illustrium person. & no. fin. Bar. in l. in bonorum. de bo. pos. vbi vr̃ posse dici de istis vicarijs castrorum, q. non teneantur eẽ periti, ut si sequant̃ cõsiliũ magistri, non teneantur in syndicatu. In istis adde Bal. in l. 1. C. ne lic. ter. prouo. & ponit Bar. de qõ. hac. Item ẽ ponit, an si in sñia nõ apparet de consilio, an præsumatur. & adde hic Bal. in l. si quis mihi bona, §. si eocam. de acq. hæ. & in materia, adde q. dixit Inn. in c. si pro debilitate, de offi. dele. Quid si contra substãm cõpromissi est, q. arbiter dẽt ferre laudũ s̃m cõsiliũ sapientis, & quid si cum requisitione consilij, de quo p Bal. in l. illa instõ, de hær. inst. Quid aũt in arbitratore, vide p Bal. in l. fi. in 12. q. C. de contrah. emp. & vide inf. px. p Bar. in l. itẽ si vnus, §. 3. sup. de arbi. & vide in hac materia Bal. in rub. C. e. & Io. And. in regula, nullus ex cõs. de regulis iu. in Mere. & qđ legit̃ & no. in c. ad nr̃am, de cõsuc. dr̃ qõ. Bart. vnũ adde, qd sing. dt̃ Inn. in c. nec ẽpi, de tẽp. ord. q. si eligantur plures ad consulendũ in cã, & sint discordes, quod iudex p̃t sequi maiorẽ partẽ. & Bar. hic tenet, quod iudex nõ tenet̃ seq. & illud dictũ Inn. facit ad no. p Bar. sup. e. §. & p Lud. in rub. de arb. vbi de hoc, & fi. in hac materia. & ad dictũ Inn. in d. c. nec ẽpi, vide p Mod. ff. de app. l. ad principem. Et uidi de facto annullari quandam sñiam latam non expectato cõsilio sapientis, postq̃ fuerat missus processus, & maxime, quia statutũ erat in ciuitate illa, q. non valeret sñia, nisi ferret̃ s̃m consilium sapientis. Nã dicebatur, sñiã ipso iure nullã esse, non expectato cõsilio sapientis, ẽt si expresse statutũ non annullaret, ex quo ẽt de iure cõi est prouisum, quod dẽt expectari cõsiliũ, postq̃ processus missus fuit, p no. p Bar. Ad hoc facit tex. in c. cum in veteri, de elect. & in c. cum olim. & ibi expresse no. Ant. & Imo. de arb. in l. Titium, & Mæuium, in prin. ff. de admi. tut. & Io. And. in c. nec ẽpi, de tẽp. ord. post Inn. & Host. ibi, & Bald. in l. 1. x illn. C. de app. & in l. t. ad fi. C. de manu. vin. & in l. s. C. ne lic. ter. prouo. & clare firmat Io. And. i add. ad Spe. i tit. de requ. cons. §. 1. super verbo, vt aũt, referẽs ita tenuisse gl. & Old. & quod no. Io. And. in c. non est, de consue. in 6. in Nouel. & in c. si p debilitate, de off. dele. Et in dubio ẽt nõ p̃sumit̃, quod interuenerit dicta solennitas cõsilij a statuto requisita, ut eleganter probat Bal. in d. l. j. C. ne lic. ter prouo. reprehendens Gosf. q. contrariũ tenet. Et cũ Bal. transit ẽt Pet. de Ancha. in repe. c. canonum. de const. in ver. similem q̃onem ponit Io. And. &c. & licet Spe. in ti. de requis. cons. 2. in ver. si vero non est, uideatur uelle qd tale statutũ, uel cõsuetudo arctans iudicẽ requirendũ, & sequendũ cõsiliũ sapientis non teneat, p c. ad nr̃am de consuet. tñ cõiter tenet̃ contrariũ, vt no. Io. And. in d. §. 1. in ad l. q̃ ponit super verbo, vt aũt. & est de mente Bar. & Doc. in l. si cõuenerit, de re iud. & Inn. clare in d. c. si p debilitate. & Bal. in locis sup. px. alle. Nã sicut ualet cõuentio partiũ, quod iudex teneat iudicare s̃m cõsciam talis, d. l. si conuenerit. cũ ibi no. ita oportet ualere statutũ, qa quod fieri põt p pactũ, põt p statutũ tanto fortius, ut no. gl. in l. neq; ex ptono. & in l. neq; pignus, §. priuatorũ, ff. de reg. iur. & in rub. C. de decre. decur. & in l. 2. q̃ sit longa consuetudo & ibi Bal. Ad de quot modis consiliũ requirat, & an iudex teneatur cam cõmittere consulendã, & illud consiliũ sequi splendide Pa. de Ca. cons. 89. loc. p declaratione. & aliqd cons. 252. p Ang. cons. 136. Et qualiter intelligatur statutũ, quod cã cõmittatur intra certũ tps, p eundẽ cons. 150. & ibi ẽt an iudex consiliũ sequi teneat̃, & p eundẽ cons. 186. & cõs. 271. ubi dicit, quod imperito nõ est turpe sequi cõsiliũ perito, per Bal. cons. 370. 1. lib. Et quid si consiliũ sapientis sit p̃ratũ extra tps, & iudex confirmauit, an ualeat, per eundẽ cons. 154. & 157. 3. lib. Et quod consilio imperiti non sit standum per eundem cons. 197. Et quid si consultor super pluribus articulis aliquos sibi reseruauit, an valeat consilium, per eundem cons. 436. 3. li. Et an coram consultore possint produci instra, per eundem. cons. 76. 1. li. Et per Rom. cons. 228. an sequi consilium iudex teneatur. Et an per petitionem consilij suspendatur sententia, sicut per appellationem. per eundem cons. 235.

b Pom. Leuis solennitas. Adde quæ dicatur leuis solennitas, per Alex. cons. 98. in 4. vol. ¶ Vide Ale. cons. 59. vol. 4. & ibi ponit an valeat statutum, quod iudex teneatur sequi talem sententiam. Claudius.

c Consi. Vide in materia Bar. cons. 2. vol. 2.

d An ualeat. Compromissum quod sententia feratur s̃m consilium sapientis, vide Lud. in rep. rub. ff. de arb. in uer. ulterius quæritur, si compromissum fit per Doc. in c. cum olim, de arb. per Dec. in l. illa instõ, j. de hær. inst. post gl. Quid autem in arbitratore, uide per Bal. in l. fi. in 12. q. C. de contrah. emp. & uide Bar. in l. si unus §. 3. sup. de arb. & uide ibi hanc materiam. & Bal. in rub. C. e. & Io. And. in regula nullus ex consilio. & quod legitur & no. in c. ad nostram. de consuet.

Meno. Late Soc. sen. cons. 27. col. 2. lib. 1. Orian. tract. de arbit. in uerbo, multis, nu. 1. 2. Comensis, cons. 55. Io. Bap. Perus. de arb. lib. 7. c. 9.

e Præmissa. Vide Lanfr. in tract. de arb. in uerbo. multis, Raph. Cu. cons. 55.

f Quod gl. Vide Bal. in l. 1. C. de arb.

g Videbitur. No de uerbo, uidebitur, & placebit uide Bar. in l. si cui, de leg. 2.

h Si dicatur. Quid aũt iuris si, qñ aliquis hẽt facere aliqd de licentia, & permissione alterius, vide Barb. cons. 11. vol. 1. & pro declaratione uide Alex. cons. 185.

i Dissentire. Vide Fel. in c. quoniam contra, de probat.

§. Exercitorẽ. Supra dixi q̃s dicat̃ magister, hic declaratur q̃s dicatur exercitor. h. d. Exercitor dr̃ is, ad quẽ oẽs redditus veniunt, nec personæ ꝯdõ inspicit̃, nisi sit minor, qa tunc tutoris, vel curatoris authoritas inspicitur. h. d.

ADDITIO.

Meno. Cuiac. lib. 8. obseruat. c. 5.

§. Est aũt. Contrahentes p̃nt eligere exercitorem, siue magistrum sed exercitor non põt eligere ꝯhentes, nisi in subsidium. h. d. No. q. magister, siue exercitor, potest conueniri e ꝯtractu suo, quod qualiter intelligatur, videbis in l. fi. j. tit. 2.

1 *Contractus factus per seruum uoluntate domini, quando obliget dominum.*
2 *Patris voluntas circa contractum filij, non semper obligat patrem.*

§. Si is qui nauẽ. Continua primo ad p̃cedentia. s. dixit q. teneĩ exercitor, siue institor, siue sit sui iuris, siue filius, vel seruus: sed vtrũ de persona institoris, qui est in pt̃ate alterius, teneat̃ pr̃, vel dñs, ponitur in hoc §. diuite. Primo ponit verba edicti. Scđo prosequitur edicti expositionem, r̃ndendo cuidam tacitæ obiectioni. Tertio ponit̃ quædam alia qõ ex p̃missis

sis descendens. Secunda ibi, licet. Tertia, ibi, sed si scienter. & h. d. Qui exercitorem habet in potestate, si fuerit volens in merce dominica, & nauali, obligatur in solidum, sed in peculiari, tributoria obligatur. Idem in nauali, si sola scientia superuenit. h. d. ibi, iudicium datur. Hec sunt

1 verba edicti quod postea sequitur, est expositio edicti. † Op quod in quolibet contractu, si contrahit domini voluntate, dominus teneatur in solidum ex titulo, quod iussu. infra quod iussu. l. i. § sed & si mandauerit. & §. si ratum. Sol. dicit gl. verum est, quando vult agere quod iussu, sed hic loquitur quando vult agere tributoria. Tu dic secundum Mart. quod in actione, quod iussu, requiritur, quod dominus sciat speciem contractus, sed in hac sufficit, quod sciat eum negotiari licet speciem contractus ignoret, ideo dic. Aut filius, vel seruus negotiatur domino inuito, vel ignorante & tunc dominus tenetur solum de peculio, per titulum infra de pec. per totum. Aut contrahit domino sciente tantum, & tunc tenetur tributoria siue in merce nauali, siue in alia, vt hic, in ver. sed si sciente, & infra de tributo. per totum. Aut contrahit domino volente, & tunc aut vult certam speciem contractus. & tenetur in solidum, per tit. quod iussu. Aut vult eum negotiari generaliter, & tunc in merce nauali tenetur insolidum, ut hic, in merce non nauali tenetur tributoria, vt hoc § ver. ad institorum. & infra de trib. per

2 totum. Vide gl. quod voluntas † patris circa contractum filii non semper obligat patrem in solidum. Pro hoc habetis tex. no. in l. Lucius Titius Caium Seium. infra de admi. tut. & quid importat hoc l. contractum fieri de mea uoluntate, examinaui plenissime infra sol. mat. l. post dotem.

§. In potestate. Habuistis supra expositum uerbum, ex uoluntate, hic exponit uerbum, ex potestate. & h. d. Verbum ex potestate, accipitur pro patria, & dominica, & etiam pro ea, quam habet qui iuri alterius est subiectus. h. d.

§. Quanquam. Hic exponit verbum, magistro, positum in edicto.

§. Hęc actio. Exercitor, & magister tenetur insolidum: sed vnius solo alium liberat. * Vide tex. ibi, minuetur oblio, &c. Gl. in ver. & suo noie. infra man. in l. Papinianus, inducit hunc tex. ad hoc, quod si fideiussor soluit noie eius, cuius nomine obligatus est, quod debitor liberetur ipso iure. sed hoc non dicit iste tex. quia si exercitor soluat, quod liberetur magister ipso iure. Sed tu intellige, istum tex. quod vbi exercitor soluit suo noie, tollit oblio magistri per exceptionem doli. Sed ubi noie magistri soluit exercitor, tollitur oblio ipso iure ut d. l. Papinianus. & infra de admi. tut. l. si minoris. & de sol. l. Modestinus. ubi de hoc. Item aduerte in hac materia, Sic est de iure, quod primo debet conueniri principalis, dummodo sit praesens, & soluendo, quid si conueniatur fideiussor, debitore praesente, nunquid erit intelligendum in hac materia, quod primo debeat conueniri magister, quam exercitor? dico, quod non: quia licet fideiussor simplex debeat conueniri ultimo, tamen fideiussor in rem suam primo debet conueniri, quia habetur pro reo principali. supra de pac. l. sed si fideiussor. Vt innuit hoc no. C. de institor. l. ex contractib. in gl. in ver. dubium non est. & gl. si. in l. & si a muliere. C. eo. titu.

§. Si plures. In tex. ibi, agi potest, iuxta quem quaero. nunquid si sunt praesentes & soluendo, habebunt diuisionis beneficium epistolae diui Adriani? dico, quod non, quia non sunt fideiussores. C. de const. pec. l. si habebunt ergo beneficium de duob. reis, in Auth. de duob. reis. circa prin. Possemus dicere, quod propter utilitatem publicam, quae versatur hic, quod est si sint ambo soluendo, & praesentes, non diuidatur. infra ea. lege, circa prin. & §. si is, qui. secundum Iac. de Are.*

a §. Si plures. a Si plures nauem exerceant, per tertium liberum, vel seruum, vel per unum ex ipsis, quilibet tenet insolidum, secus si simul exercent. h. d. Et est valde notabilis, & tota die occurrit, hic ponitur casus in naue. Opp. infra nau. cau. sta. l. fi. § si plures. Sol. licet glo. multa dicat, dic ibi de actione, quae venit ex delicto. hic de ea, quae uenit ex contractu, & ibi notatur.

ADDITIO.

a Si plures. De isto tex. & materia, vide plene per Bar. in l. eandem. de duob. reis. & ad istum tex. vide l. iam tamen. §. si plures. aud. sol.

Pom. Vide Cremen. sing. 163.

LEX II.

1 *Plures exercentes unam mercantiam simul, siue per se, siue per alium, qualiter teneantur.*

a Si tamen. a * Breuiter hoc intendit. Si plures nauem exerceant per tertium, vel per unum ex ipsis, quilibet tenetur insolidum: secus, si simul exerceant. h. d. Hic tex. loquitur in naue, tamen saepe, & saepius habet locum in alijs mercantijs, ideo pono casum communiter. Opp. infra nau. cau. sta l. debet exercitor. § si plures. Sol. licet gl. multa dicat, dic, quod ibi loquitur de actione, quae venit ex delicto, hic de ea quae uenit ex contractu. * Opp. ad principium huius legis, & videtur quod inuicem sint sibi magistri. l. cius q in prouincia. infra si cer. pet. Gl. non soluit, dicit Iac. de Are. & est no. dictum. ibi, quilibet gerebat separatim ad eundem utilitatem, ideo quilibet tenetur insolidum pro ratione, nec in plures, &c. facit. C. de fabricen. l. iure prouisum.

b lib. 11. hic vero omnes gerebant simul. Et ideo reassume b breuiter, † quando

1 plures faciunt unam mercantiam. Aut eam exercent per tertium, & eius facto tenetur quilibet insolidum. Aut eam exercent per seipsos & tunc aut eam committunt uni, & tunc idem, quia ex eius facto quilibet tenetur insolidum. Aut omnes gerunt eandem mercantiam, & tunc aut omnes simul, & tunc quilibet tenetur pro parte. Isti omnes tres casus sunt hic in tex. Aut quilibet gerit separatim, quia unus in una terra, alius in alia, uel unus mercantiam lanae, alter pannorum, vel aliter inter ipsos diuiserunt, & tunc videntur sibi inuicem esse praepositi, argum. d. l. eius qui in prouinc. a. in fi. & quod supra proxi. dixi secundum Iac. de Arc.

ADDITIONES.

a Si tamen. Vide l. eandem. infra de duob. reis. & Bal. in rub. C. eo. ad fi.

b Pom. Reassume. Vide Alex. cons. 139. alias 124. col. 1. vol. 5. & cons. 147. vol. 2.

§. Si seruus. Etiam mortuo magistro, datur actio in dominum. h. d.

§. Hae actiones. Vide gl. ibi, hae actiones. No. quod licet appellentur actiones, tamen sunt adiectiones, vt gl. dicit infra titu. 2. l. 1. vnicuique. §. non tamen. de pecu. l. 3. §. cum congruit. & de in rem ver. l. filiusfam. in fi.

LEX V.

Si eum. Tenetur exercitor, licet inter magistrum, & contrahentem secum non cadat oblio. Et dominus magistri serui tenetur actionem sibi quaesitam exercitori cedere. h. d.

§. Item si. Tenetur magister contrahenti secum, licet inter exercitorem, & eum non cadat obligatio. h. d.

LEX VI.

a b Lucius. a Mutuans magistro, habet exercitoriam quatuor concurrentib. s. causae veritas, & veritas propositionis, & causae scientia, & credulitas, congrua quantitas, & loci congruitas. idem in institor. b. h. d. vsque ad fi. tit. * Vel sic. Creditori mutuanti magistro nauis, datur in exercitorem actio, si in rem necessariam mutuauerit. & hoc expresse acto, & iuxta indigentiam rei, & si in loco habili mutuet. & idem in institoria. h. d. vsque ad fi. l. Ia. But. * No. mirabilem l. ad quam opp. & videtur quod debeat

c probari directo pecuniam esse conuersam in domini vtilitatem. C. si aduer. cre. l. 2. & supra si cer. pe. l. ciuitas. Sol. illa iura loquuntur in personis priuilegiatis. Op. de in rem ver. l. quod si seruus. § sed si sic. Sol. ibi contrahebat cum eo, qui

d nullo modo habebat mandatum. Op. & videtur quod sufficiat sola assertio d magistri, etsi istae praesumptiones non probarent. infra e. l. 1. § non autem. ver. sed & si in praesentis. gl. dic. quod ibi non potuit adhibere diligentiam. hic sic. Tu dic. quod ibi erat propositus expresse ad pecuniam accipiendam mutuo hic non, secundum Azo. & Gul. de Cu. * quod multum no. supra gl. super ver. non debere, ibi. l. ciuitas. dic aut aliquis vult ex contractu nunc alium obligare: & tunc si ex contractu, ad quem erat destinatus, non tenetur probare in vtilitatem fuisse versum, vt hic. Fallit in ecclesia, vt in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. & in ciuitate, vt supra si cer. pet. l. ciuitas. Si autem ex contractu, ad quem non erat specialiter destinatus: tunc tenetur probare in vtilitatem fuisse versum, vt arg. infra de in rem ver. l. quod si seruus. § sed si sic. Si autem ex proprio contractu illius, tunc non tenetur probare, vt infra pro emp. l. si quis cum sciret. Fallit in minore, vt C. si aduer. cred. l. 2. Et hoc vltimum no. C. de praed. min. l. praediorum. *

ADDITIONES.

a Lucius. Not. hic quomodo probetur esse conuersum in vtilitatem alicuius. adde Bal. in l. 1. C. si aduer. cred. Adde Pet. de Anch. cons. vlt.

Pom. Circa materiam huius legis vide Alex. con. 45. vol. 3.

Mutuans. Vide Bal. in l. 1. C. eo.

b Opp. De quo vide Inst. de actio. §. actiones. & vide not. per Bar. in l. si eom dote.

c § 1 inf. sol. matr.

d Sola assertio. vide Bar. sup. l. 1. §. non autem, vbi pleno expedit hoc contrarium. Bar. in l. a diuo Pio §. sed sciendum. ff. de re iud.

Ad legem Rhodiam de iactu. Rub.

Glo. continuat, dic vt in ca.

LEX PRIMA.

1 *Domus destructa a vicinis, ne ignis vltra transeat, debet a vicinis emendari.*

SI laborante. Domini mercium habent actionem cum magistro, & magister cum ceteris non solum habet actionem, sed etiam retentionem mercium, vt fiat contributio. h. d. * Sed agit ipse institor, nisi in duob. casib. s. cessa actione domino per suum institorem. Item in subsidium. si institor non sit soluendo vel aliter rem suam seruare non potest, quo casu tunc agit dominus contra illum, cum quo contraxit institor. et non cessa actione. * Iste ver. aequissimum. n. & c. facit ad

1 quaestionem. † quod quando domus alicuius destruitur a vicinis, ne ignis vl

a terius transeat, quod debeat ei emendari a vicinis quia pro communi vtilitate factum est. In arg. induco, non determino.

ADDITIO.

Meno Si Pelchius. de reparat. acc. c. 8. no. 2.

a Debeat ei emendari. Adde Bar. in l. si alius. §. est aliud. sup. quod vi aut clam Et istud tenuit Gol. & consuluit Aug. & per hunc text. dicit et Gul. hic, quod si miles vadit ad bellum pro defensione patriae, & ei equus suus sit interfectus, quod ciuitas tenetur emendare damnum Et hoc verum, si fiebat illud gratis, alias secus. Vide quod dixi post Bar. in l. legatis. de leg. 3 & vide tex. ad hoc no. in l. mulier. inf. de captiuis. quem no. allegat Gul. & ibi Bar. in l. 1. in fi. prin. de sull. & iu. Quid si miles, qui feudum liberum, & francum tenebat a barone, requisitus fuit ab eo, vt iret cum eo ad exercitum, quaeritur an teneatur & an eius sumptib. & an baro possit ab eo exigere subsidium pecuniae. vide Bal. referentem Old. in c. 1. de capitaneo, qui curiam uendidit, in fi prin. Et si uocatus ad bellum, perdidit arma, an recuperet, & a quo, uide Inn. in c. sicut. el 3. de iureiu. & quod no. Bal. in l. qui. C. ad legem Iuliam de ui. bo facit l. fi. & ibi dixi in apostil. C. de statu & imag. Et si laborator meus sumpsit ferrum in laborerio, non teneor secundum gl. & Bal. per illum tex. in l. qui. C. de testib. & est tex. hic in §. si conseruatis. & no. Inn. in l. stipulationes commodissimum. de verb. ob. Et ita est vt determinare Florianus in l. si locus. §. cum via. ff. quemad. ser. amit. & ad hoc no gl. multum no. in l. si finita. §. si quis damni. de damno infe. in ver. fouerit. & uide quod legitur, & no. in l. ne quid. in prin. de incen. rui. nau. Adde quod haec apostilla est, de uerbo ad uerbum in l. si non sortem. §. libertus. de cond. indeb.

§. Si

§. Si conseruatis. Si nauis deterioratur, non fit contributio, nisi acciderit voluntate mercatorum, vel alio iusto metu.h.d.

1 *Gabella non debet solui de annulis, quos portat in digito, nec de vestimentis preciosis, quæ secum defert.*
2 *Gabella non soluitur de his, quæ quis vsus sui causa portat.*
3 *Necessitatis tempore omnia sunt communia.*

§. Cum in eadē. Dñs nauis, & dñi oīum rerū in ea existentium, excepto libero corpore, & cibarijs, pro portione æstimationis, ꝯtribuunt, ad qđ magister ex locato tenebitur.h.d. Iste tex. est arg. † q̄ annulorum, quos quis portat in digito, & vestimentorum pretiosorum, transiens dēat soluere gabellam. Contrarium nō est verum in his, † quæ vsus sui cā portat. Ī in l. censoria. ƒ. de verb. sig. vlt. not. q̄ tempore † necessitatis omnia sunt communia. Vnde si tu haberes de pane, & ego non, in necessitate licitum est mihi auferre a te, & hoc de iure diuino, & humano. Vide gl. super ver. conferret. ƒ. ea. l. cum in eadem.

§. Si nauis. Pretium redemptionis est ab oībus conferendū, secus in pretio rerum perditarum.h.d.

LEX IIII.

Nauis. Si perit scapha cum mercibus causa leuandæ nauis extractis, habet locum contributio, secus si nauis pereat, & scapha salua remaneat.h.d.

ADDITIO.

Meno. Ant. August. lib. 1. emend. c. 3.

§. Sed si nauis. Iactantibus fit contributio ex mercib. recuperatis ex naue postea perempta, sed recuperantes ex iactu in naue, non contribuunt.h.d.

§. Cum aūt. Pro rebus deterioratis præsente pretiū, fit collatio iactantibus: ipsis vero deterioratis ratione loci, non confertur: sed si ratione aspergimis ipsis confertur, & cōferunt damno deducto, siue plus, siue minus sit in damno, quam in collatione.h.d.

LEX VI

Nauis aduersa. Non fit collatio pro impensis, quæ ad instruendam nauem factæ sunt.h.d.

LEX VIII.

Qui leuandæ. Iactata in dubio non videntur haberi ꝓ derelicto, nisi ex modo iactus aliud præsumatur.h.d cum gl.

LEX IX.

a Deprecatio. a Valet consuetudo, cui lex non aduersatur. hoc dicit.

ADDITIO.

a Deprecatio. Istum tex. alle. Bar. in l. 1. in fi. sup. de iurisd. om. iu. & hic hēs q̄ Imperator est dñs totius mundi, q̄ qualiter intelligatur, uide per eundem in l. 1. § per hanc sup. de rei uend. & sup. in proœ. in princ. & Bal. & Ang. in l. bene a Zenone. de qua. præscrip.
Pom. Circa regulam huius legis, quod Imperator est dñs, uide Pet. de Anch. cōs. 321. incip. tres magnifici domini. uer. igitur ille. Christi igitur nomine, & Rom. cons. 81. in vlt. col. Bolog. in sua Theodosiana.

LEX X.

a Si vehenda. a Ad pensionem ꝓndam sufficit impositum esse naui, nisi aliud sit actum.h.c.

ADDITIO.

a Pom. Si vehenda. Vide Rom. sing. 473.
Meno. Cuia. lib. 3. obseruat. c. 2.

§. Si ea. Casus superueniens excusat a pœna præcedentis culpæ, vbi actio nata non poterit intentari.h.d. Ita intelligit Dy. ƒ. de impen. l. & in totum. de quo per Cy. C. mand. l. ad comparandas.

a §. Idem iuris. a Difficultas superueniens excusat a pęna. h.d. de hoc dixi s. si cer. peta. l. quod te. plenissime in l. continuus. §. illud. de ver. obl.

ADDITIO.

a Pom. Idem iuris. vide quid per illum tex consuluerit Federicus cons. 141.

§. Si conduxisti. Si mensura refertur ad lignum, sufficit ligni capacitas, si refertur ad onus, inspicitur mensura ponderis.h.d.

De institoria actione. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Cedere actionem qui tenetur mihi, quando non reperitur, lex vere mihi cedit.*

AEquum. a Dñs ex actu, seu ꝯctu institoris obligatur. item agit, si eius seruus est institor, non aľs, nisi cessa actione, vel in subsidium.h.d. † Not. q̄ vbi reperiretur ille, qui mihi teneť cedere actionem. quia forte longe est absens, b vel latitat, vel mortuus sine hærede. lex dat mihi actionem vtilem sine cessione, c vt hic, & C. de act. & obl. l. 1. & C. ad Trebel. l. sancimus. not. ƒ. de dam. infe. l. damni infecti stipulatio. §. fi.

ADDITIONES.

a Aequum. Limita no. per Bal. in l. cum per eos. C. si quis alteri, uel sibi.
b Absens. Adde Bar. in l. dominus. de condi. indeb. sup. & Bar. l. diuortio. in fi. sol. mat. Et quod notatur in l. damni. §. fi. de dam. infect.
[illegible] sine cessione. Vide Rom. consi. 344.

LEX III.

a Institor. a Institor est ille, q̄ alicui negotiationi q̄stuariæ ꝑponitur, etiam certo loco nō designato, & obligat dominum, cuiuscunque ꝯdōis sit negotiatio quæstuaria. Secus si certæ rei, vel negotiationi non quæstuarię præponatur: tunc. n. magis procurator vocabitur. b h.d. vsque ad §. non autem.

ADDITIONES.

a Pom. Institor. Ad hoc uide gl. in l. Iulianus. §. si procurator. ƒ. de act. emp. & uend. Vide Pau. consi. 74. vol. 2.
b Procurator vocabitur. Et adde quod dicit Bal. in l. j C. de exerci. quod ea, quæ statuta sunt in exercitoris, habent locum in institor a, & hic adde Bar. in l. si institorem. si cer. per & plenius per Imo. post alios in c. pen. de fideius.

LEX V.

1 *Negotiatio quæstuaria non dicitur in agris proprijs.*
2 *Institorem præponere videtur, qui patitur aliquem facere.*
3 *Literæ credentiæ an præiudicent domino, remissiue.*

Quicunq;. Summaui s cū l. institor. In tex. ibi, agris colendis. intellˀ de alienis cā q̄stus faciendi. In suis. 1 n. nō dr̄ negotiatio q̄stuaria. † s̄m Inn. ut ipse no. ī c. fi. ext. de fideiu. ita intellˀ ꝑcedētia exēpla, & sequētia. & ꝓbaī ƒ. eo. l. si cū villico. facit q̄ no. ƒ. eo. l. ī cū. No ibi, si ꝑmisit ei ita dari, a &c. q̄ sufficit, q̄ 2 passus sit illū ita facere. vr̄. n. ipm ꝑponere suū institorē. Sicˀ videbitis. ƒ. e. l. sed & si pupillus. §. j. & ƒ. q̄ cū eo. l. fi. In tex. ibi, quasi ꝓcurator, dic ad imperādū, & corrigēdū discipulos. In tex. ibi, sin vero quasi. sic. n. ꝯmisit totā cām, ut s. §. sed & si. Ego allego hūc ver. 3 plane, ad mām † lr̄arū credētiæ, q̄ hodie sunt in usu. q̄ dnt, tali latori p̄ntium dabitis plenam fidem in his, q̄ vobis dixerit, q̄ ex hoc præiudicetur dño, de quo scripsi larissime. ƒ. de fideius. l. Lucius.

ADDITIONES.

Meno. Contra in memoralib. in voce libitinarij, & in uoce polinctores.
a Ita dari. Qñ quis videaī ꝑpositus institor, adde Bal. in no. in rubr. C. de const. pec. vbi q̄rit an discipulus ex cōtractu obliget magistrū suum, & q̄ no Bal. i auth. hoc ius porrectū. de sacros. eccl. & Bar. in l. eandē. de duob. reis, & q̄ hr̄ in l. ei qui. C. qd cum eo. & in l. si pupill. §. 1. de neg. gest. Et adde q̄ si dico, facio te institorem meum, uideris ꝑpositus oīb. ciuilib. negotijs, qb. ego uti solebam, s̄m Bal. in l. mandatum. in 4. oppos. C. mand. & ibi ēt dicit, q̄ constitutus ad vnum actum non est proprie institor. Adde quis dicatur institor, & qualiter conueniaī. Abb. cons. 74. lib. 2. Ang. consi. 285. Alex. consi. 44. lib. 1. Vide Alex. consi. 49. vol. 2. & per totum.

1 *Procurator datus aduendendū an possit vēdere habita fide de ꝑtio, remissiue.*

§. Non autem. Dñs tenetur ex ꝯctu institoris circa id, ad q̄ ꝑpositus est expresse, vel tacite: nisi forte ꝑpositioni repugnet. h.d. In tex. ibi, si ei, no. argm̄. † q̄ ꝓcurator datus ad vendendum, potest vendere bona, habita fide de ꝑtio. De quo p Cy. C. de rei vend. l. in ciuile. & per Gul. hic. Ego plene examinabo ƒ. de re iud. l. a diuo Pio. §. si post addictum. in fi. §.

s *c Mandatum vniuersale non finitur morte.*

§. Si ab alio. Si institor ꝑponatur a defuncto, oblaī hr̄s. si a kīmo administratore, oblaī ille, cuius negotia geruntˀ, si a ꝓcuratore obligatur dñs, & ꝑponens. idem in gestore ratihabitione secuta h.d. † Et sic no. q̄ morte non finitˀ mandatum vlˀe, uide gl. quæ in ei. maxime. Iac. de Are. dicit, q̄ si habet speciale mandatum, solus dominus tenetur, arg. s̄. quod quisque iur. l. 3. §. j. si generale, tunc tenentur vterque. Ita dicit ipse.

LEX VI

Sed & si quis.

§. Parui. De conditione personæ institoris non curatur, nec etiam præponentis: sed si est minor, administratoris authoritas requireretur. h.d.

LEX XI.

Sed & si pupillus.

a §. De quo palam. a Qui præponit aliquem certo loco. vr̄ ꝑmittere, cū eo ꝯhi, nisi ꝯriū b lr̄is publice, b & hīmc ꝑscribat, ꝯ q̄ scripturam non cadit ignorantia, donec durat secus si fuerit extincta, nisi dolus ꝯhentis affuerit. h.d. vsque ad § ꝯdō. Signa tex. ibi, cęterum qui ꝑposuit, &c. Nu. ad c q. c qualiter dēat fieri reuocatio procuratoris gn̄alis. de qua p Cy. C. man. l. mandatum.* Et no. q̄ iste §. allegaˀ ad unū effectum, q̄ si baculus regius fuerit appositus in aliqua possessione, ut ibi nihil noui fiat, & baculus est in loco remoto, uel in loco ubi aperte videri non pōt, & ibi aliqd noui factū est, opponiˀ, q̄ salua guardia est fracta, q̄riˀ, nunqd ille fregerit? Et dr̄ q̄ non, arg. istius §. cum non in loco manifesto, sed occulto positus fuerit. vide uer. ꝓscriptum. ibi, institoria locum hēbit, &c. hoc intellige, q̄diu ille ꝓhibitus in statione moraˀ. Nā tacite vr̄ de nouo ꝑponi, vel ꝑmissio renouata, ar. ƒ. q̄ cum eo. l. fi. & loca. l. cū in plures. §. locatur hurrei. Si aūt moraretur extra stationem, tunc non obligaret dñm, ex

ADDITIONES.

a De quo palam. Vide Bar. in l. 1. C. de satisdando.
b Literis publice. Ecce quid operatur aliquid fieri in publicum, & publicatio facit rem esse notoriam, & facit præsumi rem deuenisse ad notitiam, quia quæ publice fiunt, præsumuntur sciri, ut hic, & in c. 1. §. 3. quod nec sufficit. iuncta glo. in ver. publice. de postula. præla. & c. cum in tua diœcesi, qui ma. accu. pos. &c. q̄ dicitis. 16. dist. gl. in l. si tutor. C. de peric. tu. gl. in c. cognoscentes. de consti. & ff. de orig. iur. l. 2. uer. pro rostris.
c Pom. No. ad q. Vide quid dicat Fel. in c. 1. vlt. col. de const. Are. consil. 95.

ex quo semel potuit venire in notitiam contrahentium. Sufficit enim semel prohiberi arg. ff. quod vi aut clam. l. 2. §. illud. & ff. de vsur. l. mora secundo respon.

§. Conditio. Conditio & forma præpositionis institoris inspicitur, quæ si non seruatur, dominus non tenetur, nisi ei possit variatio imputari.

§. Item si. Proposito vno de contractis, aliud cessat. Itẽ qui succũbit per actionem ineptam, recurrit ad aptam. h. d.

§. Si a seruo Tenetur præponens, licet inter contrahentem, & institorem non cadat obligatio, & dominus serui tenetur præponenti de peculio. h. d.

LEX XIII.

1 *Accusator licet non teneatur apponere diem commissi delicti, tamẽ si ponat, & non probat, succumbit.*

2 *Mandati vnius respectu si contraxi tecum, quod credebam te habere, possum agere ex virtute alterius mandati, quod vere habebas.*

a **Habebat.** a Qui se astringit ad vnã cãm, si nõ probat succũbit, nec iterum eadem actione, ẽt si ex alia causa agat, agere pt, nisi prius restõne pbabita. h. d. Ad euidentiam huius legis est sciẽdum, q qñ quis contrahit in eam cãm, in q̃ præpositus est expresse, sufficit ad obligandum dñm solius cãæ expressio: sed qñ quis contrahit id, ad qđ quis est ppositus per quandam consequentiam, est necesse, q creditor probet in illam cãm esse conuersum, per præsumptiones, quas vidistis, & ibi dixi vobis s. tit. 2. l. vlt. & eo. tit. l. 1. §. non autem. * Circa istam mãm, & ẽt circa materiam tituli, de procura. qñ cõstituitur procurator ad recipiendum mutuum, vide Inno. qui ponit multas qões circa istam mãm ex. de fideiuss. c. q. quibusdam, & ibi per Doc. iuris canonici & vide quæ dixi in l. ciuitas. s. si cer. pet. * Hoc præmisso q̃ro in hac lege, aliquis erat præpositus mutuis pecunijs accipiendis, item erat præpositus merci oleariæ, accipit mutuã pecuniam ad mercem oleariam: ille, qui mutuauit, dedit libellum in institoria, tanq̃ esset merci oleariæ præpositus, & per consequens mutuis pecunijs accipiendis, non potuit probare ea, quæ sunt necessaria ad obligandum dñm in his, ad quæ præpositus est, ideo dñs fuit absolutus: nunc vult iterum agere ex illo capite, quia expresse fuit præpositus pecunijs mutuis accipiendis, an possit? Rñdet q de stricto iure non põt, de æquitate aũt põt per vtilem actionem. h. d. Vide ergo q licet quis non habeat necesse dicere in libello, qđ ad merces mutuauerit, tñ quia. h. d. vr se astringere ad probandum, & ideo si non
b probat, b succumbit per quod dicebat Rich. Mal. † q licet in ac-
1 cusatione non requirat̃ dies commissi delicti, tamẽ si ponatur, vr se astringere ad illud probandum, & si non probat succumbit. De quo dixi in l. is, qui reus. de pub. iu. Facit optimè tex. de prob. c. licet cãm
c & plene dixi in d. l. diuus. de re iud. Item no. c q † licet contraham tecũ
2 d respectu huius mandati, quod te habere credebam, tñ ego possum
d agere ex virtute alterius mandati, d q verè hẽbas, licet ignoratem tpe contractus. Facit q dixi vobis in l. 2. §. 1. s. de iu. Op. q posit agere ex vigore illius mandati, quia pecunijs mutuis est præpositus de iure stricto. Nam cum agat ex alia cã, non obstat exceptio rei iud. vt l. cũ quæritur. ff. de excep. rei iud. Ponit gl. plures solutiones. Pet. dicit aliter, & melius, hic tam in prima. quia in secunda erat eadem actio, licet adiectiones essent diuersæ: ideo non potest agere noua actione, nisi petita prius restitutione ex causa iusti erroris. Ita dixit Pet. C. de iu. & fac. ign. l. error. in vlt. opp. Hanc lect. ponit gl. tua. s. de in integ. rest. l. 2. in vlt. gl. parua.

ADDITIONES.

a Habebat. Et hanc legem not. declarat Bal. in l. fi. quod cum eo. & dicit Bal. in l. 1. C. vt in pos. leg. in princ. quod vbi diuersificatur res, causa, vel actio, non potest subsequi condemnatio, vel qualitas ex qua variatur actio competens ex simplici præpositione, per hanc legem.
Meno. Scripsi de arb. iud. lib. 1. q. 3 1.
Pom. vide Alex. in l. diuus. ff. de re iud. & in l. quidam existimauerunt. sup. si cer. pe. & cons. 56. col. 1. vol. 2. Rom. cons. 110. & Alex. cons. 72. uol. 1. Are. cons. 1 50. & Alex. cons. 90. uol. 3.
b Si non probat. Ad idem tex. in c. ex parte. & ibi Inno. de priui. & ton. Bar. in l. 1. ff. de eden. & Bal. in l. edita. C. eod. tit. & in l. hereditas materteræ. C. de peti. hęr. Et per istam doctrinam dici potest, q quando unum est deductum in inquisitione si illud non probatur, sed probatur aliud diuersum, non potest sequi condemnatio. Facit l. 2. §. hoc edicto. vi bo. rap. no. gl. in l. 1. §. diuus. in uers. absolui posse. ff. de sic. & Inno. in d. c. ex parte & Bar. in d. l. denunciasse. §. quid tamen. de adult. & pulchre Bald. in l. ob hęc uerba. ff. de infam. ubi dixit, quod si quis inquisitus est, quod mandante delictum commiti, & probatum est, quod instigauerit, ut del. [illegible] committeretur, non poterit condemnari, adde scripta per Ang. cons. 266. & Bar. cons. 209. & Bal. cons. 263. lib. 4.
c Pom. Item no. Adde Alex. cons. 47. uol. 1. Fel. in cap. inter cęteras. de re iud. Barb. cons. 38. uol. 2. Ro. late cons. 1 56. Fel. c. cum super. ff. de of. dele. Alexan. cons. 146. col. fi. uol. 5.
d Contraham tecum: Adde Bar. in l. ambitiosa. inf. de decre. ab ord. fac. in fi. & uide omnino Bar. in q. sua incip. adunantia generalis.

Meminisse autem. Nouatione dominus liberatur. h. d.

a **§. Si duo** a Si plures eundem institorem pponunt quilibet tenet̃ insolidum, si inter eos pro socio, vel cõi diuidundo agat̃, quibus indicijs cessantibus quilibet tenetur pro parte. h. d. cum l. seq. De hoc dixi plene in l. 1. cum l. seq. ff. de exerc.

ADDITIO.

a Si duo. vide Bar. in l. 3. §. 1. in 2. q. de duob. reis.

LEX XV.

Si cum villico. In negocio non quæstuario cessat institoria, alias secus. h. d.

ADDITIO.

Menn. Si cum C[illegible] lib. 10. obser. c. 36.

LEX XVII.

Si quis. Venditio institoris obligat dominum, vt tradat, & etiam redhibitoria. h. d.

1 *Procurator cõstitutus a pupillo cũ tutoris authoritate tutela finita nõ finitur.*

a **§. Si impubes.** Mandatum institoris nõ finit̃ morte mãdantis. h. d. De hoc. s. si cer. pet. l. eius qui i
b prouincia. No. arg. b q si pupillus facit procuratorem cum authori-
1 tate tutoris, quod finita tutela, non expirat mandatum. * Contra
* hunc. §. opp. de l. & quia. s. de iu. om. iud. vbi morte mandantis extinguitur mandatum: hic dr̃ contrarium, quare male. dic q hic loquitur in mandato vli, quod æquiparatur iurisdictioni ordinariæ, ibi vero in mandato particulari, quare nõ est contrã. Sic solui in l. more.
* s. de iu. om. iu. vbi fit contrarium de lege ista ad l. & quia. *

ADDITIONES.

a Põm. Si impuber. Pro intellectu huius. §. vide Ale. in l. eius qui. ff. si cer. pet.
b No. arg. Per Bal. in l. mandatum. in 3. op. C. mãd. & Bar. in l. 1. §. sed si qui. ff. de do.

§. Proculus. Prohibitus contrahere, si agat institoria, repellitur exceptione, nisi in quantum præponẽs factus est locupletior. h. d. Facit ad q glo q̃ est in l. soluendo. s. de neg. gest. de qua per Doct. in c. fi. C. de neg. gest. licet contraria gl. sit. ff. de no. l. si Stichum §. fi.

LEX XIX.

In eum Si actus non potest proprie dici negotiatio, habet locum vtilis institoria. h. d.

a **§. Si dominus.** a Mutatione status institoris non reuocatur mandatum. h. d.

ADDITIO.

a Si dominus. Alleg. no. Bal. in l. [illegible] mandatum. in 3. opp. [illegible] man.

a **§. Tabernæ.** a Adiectio alterius obligationis institoriam non extinguit.

ADDITIONES.

a Tabernæ. Iste tex. allegatur in l. heres. § seruo. de fideiuss.
Pom. Vide Bart. in l. mandatum. C. quod cum eo. ubi dicit istum tex. sing.

§. Si seruus. Institor non obligat dominum, nisi ad id, ad quod est præpositus, h. d.

LEX XX.

1 *Contrahit quando aliquis tanquam institor, an teneatur.*

a **Lucius Titius.** Contrahens apposito noĩe officii, ĩ dubio cõtemplatione officii contrahere videtur
b & institor finito officio non tenet̃. h. d. No. q sufficit b quod quis dicat, talis procurator, licet non adiciat procuratorio noĩe. Simile in l. cum post mortem. ff. de adm. tut. & quod no. in l. post mortem. qñ
1 ex facto tut. † Quæro, vtrum qñ aliquis contrahit tanquam institor, teneatur? Quidam dñt, quod hic est casus, quod non: & per hoc reprehendũt gl. in l. procurator q pro euictione. s. de procu. In contrarium vr casus. s. de c. er. l. 1. §. est aũt. & s. nau. cau. stab. l. licet. § possumus, & s. eo. l. sed & si pupillus. §. fi. & l. si quis mancipij. §. 1. Nõ ob. hæc lex: quia non contraxit, sed solum stipulationem fecit continentem verba enũciatiua de præterito. Et hoc in dubio videtur esse factum ad fidem ĩ se ostendendam. Ista tamen verba in alio quam in institore inducerent contractum constitutæ pecuniæ. l. quidam. s. de const. pe. & ibi glo. hoc vr velle. Alij dicunt, quod institor tenetur, durante officio, non eo finito, & sic posui vobis summarium, quod non placet, per dicta iura, quod tamen relinquo maiori declarationi.

ADDITIONES.

a Lucius Titius. Hãc legẽ intellige, qđ hic nõ obligat̃ institor, quia nõ pmisit, sed solũ cõfessus ẽ, & iste ẽ verus intellectus sm Bal. C. de cõst. pec. l. sub. & latius p eũ ĩ auth. si qñ. de cõst. pec. & istũ tex. alleg. no. Bal. in l. 1. in ver. quo quidi syndico. C. de sen. & Ang. in l. possessio §. fi. ff. de acq. pos. ubi ẽt alleg. no. p Cy. in l. ei qui. C. qđ cum eo. & limita per Pau. de Ca. in l. 1. exercitorem. & vide hic Bart. in l. 1. § nunciat o. de oper. no. nunc. & in l. post dotem. in 6. lect. Dy. sup. sol. matr.
b Sufficit. Adde gl. in l. quacunque. ff. de procu. quam alleg. Bal. in l. 2. in fi. C. de sẽt. Vide plene in l. 1 § nunciatio. de ope. no. nunciat.

Alia lectura.

u * Nota istam legem, qa notabilis est, & br̃. h. d. Verba eplæ ab institore missa: institorem non obligant cũ videatur pp exercitium sui officij illud dixisse h. d. In fi. tex. Imo vr, qđ iste teneat̃ saltẽ de constit. pec. s. de const. pec. per totum titulum. Nec ob. q, officium sit finitum, quia ex quo fuit volũtarium, nihilominus debet teneri sicut di. in procuratore. s. de procu. l. procurator, qui pro euictione. dic, q ideo non tenetur de constituta pecunia, quia non fuerunt verba obligatoria, sed promisit numerare, vt minister mensæ. Iõ illo offo finito, nõ tenet̃. Si aũt verba essent obligatoria dicta p institorẽ tunc non credo quod esset liberatus, qa tunc esset in suo arbitrio obloñẽ mihi q̃situ tollere, qđ esse nõ dẽt. C. de act. & oblig. l. sicut. Institor. n. ex sua psona obligatur contrahendo. s. de exercitoria. l. si cũ. §. seruus. & est casus. s. e. sed ẽt in s. primi dicti. & not. in l. si quis mancipis. in fi. eo. & ista est bona lex, & difficilis, & menti tenenda, & ideo sis cautus, quod si institori mutuas pecunias pro officio, qđ exercet debes conuenire dominum, & non institorẽ, vt in hac lege no-
* tabili: pro quo facit l. si institorem. s. si cer. pet. *

De tributoria actione. a *Rubr.*

A D D I T I O.

a De tributoria actione. Pro intellectu huius titu. vide Alexan. in l. post dotem. ff. solu. matrim.

L E X P R I M A.

Glos. Continuat.

Huius quoque. Deco, qđ contractum est in merce peculiari, cum eo, qui est in alterius potestate, eo sciente, competit tributoria. Verbum merces, accipitur generaliter, & verbum peculiare, nulla facta deductione. & uerbum scientia, pro patientia, & verbum potestatis seu potestate, etiam generaliter accipitur. h. d. No. gl super verbo, omnes, no. q ex vno contractu nemo dicitur negotiator, de quo dixi in l. legatis. in princ. de leg. 3. Sic qui semel mercatur, non dicitur mercator.

A D D I T I O.

Meno. Bellonus, lib. 4. suppputat. c. 4.

Sed & si seruus.

§. At si alter. Vnius scientia non præiudicat ignoranti. Item actionis natura facit insolidum scientem etiam deducere. h. d.

§. Si seruus. Ad euidentiam huius §. scias, quod hoc edictum habet duo capita. Primum prouidet contra scientem tm. Secundum contra dolosum, & incipit sm caput in l. illud. §. si cuius. ff. eo sed hic. § tractat de vtroque mixtim. & h. d. Dolus tutoris & curatoris non nocet his, quorum negotia administrant: nisi quatenus sunt locupletiores, & tunc tenentur cedere actionem, sed ipsorum administrantium scientia sufficit ad hanc actionem, pupillorum vero, & adultorum dolus ipsis nocet, sed scientia non sufficit, procuratoris vero dolus, & scientia nocet. h. d.

L E X V.

Procuratoris.

§. Si vicarius. Si sint plures, quorum vnus est dñs, alius quasi dominus, vtriusq; scientia, & ignorantia contemplatur, vt inducat hanc actionem h. d.

§. Mercis nomine. Contrahentes tm circa merces, hnt actionem, contrahentes in potestate deducunt debitum, eis etiam extra causam, mercis nisi creditores ratione pignoris præferantur, & solæ merces, vel quod ex eis est redactum, veniunt in tributum. h. d. vsq; ad §. si plures.

a **§. Si plures.** a Si plures sint negotiationes. vel vna, sed plura loca, plures, & separatæ fient contributiones. hoc dicit.

A D D I T I O.

a Si plures. Vide Ro. sing. 581. vide allegata pulchre per Are. consi. 57.

a **§. Plane.** a Creditores habentes personales actiones vocantur in tributum, & habentes reales suum integrum consequuntur. h. d. Vide gl. quæ est super verbo, in tributum venire. & no. eam. & adde in fi. ibi, qui in nauem. dic, sed ibi fuit pecunia ad emptionem specialiter numerata, hic secus, secundũ Gul. & Pet. & no. per Cy. C. qui pot. in pig. hab. l. licet. & per gl. in l. j C. de rei uend. & ibi etiam per Cy.

A D D I T I O.

a Plane. Vide gl. in l. quod quis, de priuilegijs creditorum.

§. Tributio. Creditores accipientes, cauent se reddituros alijs creditoribus emergentibus, & etiam ipse, qui petit, si vult peculio renunciare. h. d. cum prin. l. seq. vsq; ad uer. si cuius dolo.

L E X VII.

Illud quoque cauere.

A D D I T I O.

Meno. Anto. Augustinus, lib. 3. emendatio. c. 6.

§. Si cuius dolo. Hic Iurisconsultus. incipit tractare de secunda parte edicti, s. qn actio tributoria datur pp dolum dñi commissum in male contribuendo, & h. d. Ex dolo commisso in male vel nihil contribuendo, quis hac actione tenetur. h. d. No. tributoriam dari propter dolum, sicut in præcedentibus datur propter scientiam. Item no. quod minus est, nihil est. tamen ista locutio est impropria, quia comparatiuum illud nõ relinquit positiuum in extremis

A D D I T I O.

Meno. I... m. Add ... 3. si ... pet.

§. Hæc actio. Actio ista non est de dolo: ideo datur perpetuo, sed est propter dolum, nec purgatur per actionem ex contractu, ideo; hæres tenetur in quantum ad eum peruenit. h. d.

L E X IX.

Quod in hærede.

a **§. Eligere.** a Quando ad idem competunt plures actiones, cogitur quis eligere vnam, nec poterit postea redire ad aliam: secus si plures actiones competunt ad diuersa. h. d. Ex hoc. §. colligitur p Dyn. & p gl. vna regula de regulis, quæ impediunt cumulationem, vt no. per glo. in l. edita. C. de eden. & per Dyn. in c. nullus pluribus. de reg. iu. in 6. hoc autem, quod hic de electione dicitur est verum, nisi actor reddatur incertus ex facto rei nolentis eum certificare, vt l. j. §. quia autem. ff. quorum leg. Item quod ff. subijcitur, q non potest hre regressum ad aliam, intellige nisi per restõnem in integ. ex cã iusti erroris. l. habebat. s. tit. 2.

A D D I T I O N E S.

Pom. Vide Alex. consi. 130. 4. vol. Tex. hic est solitus ponderari a Decio, q. imo in cōtractib. bonæ fidei, vbi est dies, & pœna, non possit mora purgari, q. tenet etiā Alex. in l. si insula. referendo ibi Raph. Cu. & Imo. idem tenētes. & gl. in l. Lucius. ff. de act emp. dum subaudit ibi, ad tex. maxime i gl. in ues. exhibuerit, licet cōtra tenet ibi Pau. de Ca. in d. l. si insulam. q. imo sit speciale in cōtractib. bonæ fidei, ubi licet dies, & pœna sit, tamen admittitus purgatio moræ. Bal. idem tenet in l. cū allegas. 16. oppositio. C. de vsur. & istam opi. tenet Anto. de Prato. in consi. q. est insertum in consi. 49. vol. 4. & Are. in l. si seruum. §. sequitus. ff. de ver. obl. Meno. Ant. Augustinus, lib. 4. emendat. c. 17.

b Ale. Distinctio. Vide Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de ver. obli.

c Pom. Et sm. Ex ista uerba no. Bar. q. licet ex forma statuti petitio, & rōsio debeat fieri in termino, ats nō uidetur q. si rō intra terminū, in gñe. pponatur, poterit dehinc illa post terminū declarari. Vide Ang. in l. hæredes palā. §. sed & si notam ff. de testa Pari. nō, post datū ad probādum, & probationē habēdum, poterūt tamē peti publicari testes scdm Arch. & Gem. in c. pia. de exce. lib. 6. Bal. in l. ad testiū. ff. de test. Alex. in l. edita. C. de eden. Præp. in c. cognoscamus. 34. dist. Fel. in c. licet eam. vers. limita. de prob. & i simili Ale. cōs. 125. col. 1. vol. 5. Bal. cōsi. 34. in 1. par,

d Ale. Tp̄s ad petendum. An post terminum possit addi libello, adde quod no. Bal. in l. ius ciuile. de iust. & iu. & quod no. Bar. in l. edita. C. de eden. in uers. & per hoc determinatur qō. & no. Bart. in l. 2. in 10. q. de ope. nunc. Die q. per istud dictum limitatur dictū Bar. in d. l. edita, & sequitur Sal. tū nō uidetur posse bene veritati istud dictum ad limitationem eorum, quæ ibi no. Bar. quia si statuitur tibi termini ad petendum, vel agendum, in libello, egisti ad decem ex mutuo poteris post terminum ante lit. cont. addere ex alia causa, sed si libellus fuit ineptus in substantialib. non poteris emendare. l. accusaturus. inf. de adul. no. Bar. in d. l. edita. quod no. quia non reperies alibi declaratum. & in hac l. est unus §. qui incipit, qui agrū. vide quod per tex. illum dicit Sal. in l. 2. C. de contrah. emp. & Io. And. in tit. de emp. & ven. §. sciendum, ad fi. & ibi etiam Spe. & Pau. de Cast. in l. si seruum. ff. de ac. emp. vide quæ dixi in l. edita.

Clau. Petendum. Vide Imo. circa hoc qui videtur tenere contrarium in c. auditis, de in integ. rest. & diffuse Barb. in rub. de fi. instr. & Clau. l. 1. §. huius studii. vbi et ponit Bal. de iust. & iu. vide in simili Fel. in c. pastoralis. de exce. Alex. in l. Gallus. §. etiam si patre. circa prin. de lib. & posth. uide pro limitatione Aret. in l. qui Romę §. per. inf. de uerb. ob.

LEX XLI.

Cum ab eo. Modus adiectus contractui, contractum non suspendit, & actione ex eo contractu quis modum implere cogitur. secus in conditione. h. d.

LEX XLIII.

1 *Testis malitiose, vel obscure loquens omittens aliquid dicere tenetur tanquam falsarius.*

a **Ea, quæ a commendandi.** Commendatio generalis non obstat commendantem, & promissio gñalis non refertur ad id, q. emptor sciebat. h. d. No. finem huius legis, b q. falsum ꝯmittitur in tacendo q. dicere debuit, vel in loquendo obscure. † Vñ testis qui omittit verum, vel qui loquitur malitiose, vel obscure illud, q. dicit, tenetur tāquam falsarius, de quo in l. presbyt. C. de epis. & cler. Et materiam istius legis, vide in l. quod venditor. sup. de dolo. vbi plene no. &c.

ADDITIONES.

a Alex. Ea quæ. Vide Bar. in l. dolum. C. de dolo.

Pom. De notario, qui negat instrumentum, de quo fuit rogatus, vide Ale. cons. 84. 1. vol. Fel. in proœ. Dec. 1. col. ad fi. & seq. in c. cum clamor. de testib.

b Ale. Finem huius legis. Vide gl. in l. 2. in 22. oppositio. C. de ædi. ac. & adde hic quę dixit Bar. in l. si quis obrepserit. in pen. q. de falsis. & adde Bar. in l. præsc. vlt. q. C. si contra ius, vel utilitatem publ.

LEX XLIV.

Si duos quis. No habemus infra de ver. ob. in l. scire debemus. quod quot sunt res expressæ in stipulatione, tot sunt stipulationes, quare hic non sunt tot emptiones quot sunt serui, vt ibi dixi.

LEX L.

1 *Actio præscriptis uerbis, quomodo concurrit cum actione ex uendito.*

a **Labeo scribit, si mihi a bibli.** Condō hr̄ p impleta q̄tum ad illum ꝯhentē, per quem stat. h. d. Quæro, hic dr̄ q. actio præscriptis verbis concurrit cum actione ex vendito. Dic ut not. per Doct. in l. bonæ fidei. C. de pac. & l. 1. de pa. inter emp. & vend. †

ADDITIONES

a Ale. Si mihi. De huius legis intellectu, uide Bar. l. si quis cum debitor. in fi. sup. de iureiu. & per Bal. in l. interlocutio. C. commun. uel epi. Bal. in rub. C. eod. in 8. q. & in l. petens. C. de pac. & Sal. in l. in bonę fidei. C. eo. ti. de pac. & Bald. in l. quamuis. C. de transac.

b Pom. Quantum ad illum. Vide Ale. consi. 49. uol. 2. & Rom. cons. 434. in 3. dub.

c Paris. Quem stat. Limita istum tex. nisi esset conditio, quæ penderet a mera uoluntate illius, per quem stat. vide Pau. de Cast. in l. si hæres. § si tamen. ff. de eo q. certo loco. vide tamen eundem in l. tenetur. §. 1. ff de act. emp. aliter loquentem.

† Clau. Et uend. Vide. ad intellectum huius legis quod no. dicit Bal. in l. interlocutio. C. commu. uel epistol.

LEX LI.

1 *Aggeres, & fossata mensurantur.*

a **Littora** Quæro † vtrum aggeres, & fossata debeant mensurari? Certe puto, quod sic, vt infra de fun. instr. l. prædia. §. ita legatum. & ibi no. &c.

ADDITIO.

a Alex. Littora. An fossę agri debeant mensurari. quod no. & vide Bal. in rub. C. eo. in 4. q. & ibi quid in ripis, & uiis publicis. & Bar. in cons. commune Liguani.

Pom. Vide Alex. cons. 120. incip. omissis argumentis. vol. 2. & ibi dixit, quid in ripis fluminum.

LEX LV.

1 *Dominium non transfertur ex imaginaria uenditione.*

a **Nuda a & imaginaria.** No. tex. † ibi intelligitur, q. ex imaginaria venditione non transfertur dominium. Simile in l. emptor. inf. de aqua plu. arc.

ADDITIO.

a Ale. Nuda. Ad hanc l vide no. Bal. in l. traditionib. C. de pac. & in gl.

Menn. Gomes. §. sed istæ. nu. 28. ver. sed considera. Insti. de actio.

LEX LVI.

1 *Pactum quod liceat ingredi possessionem sua authoritate, trāsit ad singularem successorem.*

Si quis sub hoc. Pactum manus iniectionis prosequitur rem penes quemcunque possessorem No. casum pro quæstione, quæ formatur in l. creditores. C. de pign. vbi quæritur, † an pactum, quod liceat intrare possessionem sua authoritate, transeat ad singularem successorem.

LEX LVII.

Domum emi. Si res, quæ venditur, non subest, non ualet venditio, sed si subest pro parte valet, & per officium iudicis pretium minuitur, & interesse præstabitur. hoc dicit.

LEX

LEX LXIII.

a Cum a seruo dominus.

ADDITIO.

a Pom. Cum seruo. No. q res ven. lita debet demonstrari, saltem per duos cōfines. Ita Alex. consi. 39. vol. 5. V. de multa per Alexan. in l. hac consultissima, super gl. in in ver. iudicia, C. qui test. fac. poss.

1 *Accusatio non vitiatur, licet in ea non sit locus, dummodo alia demonstratione sit certus.*

§. Demonstratione.

Fines non sunt necessarii, qn̄ alijs demōstrationibus res certa redditur. h.d. Facit ad q. fcā est accusatio cōtra aliquē de maleficio cōmisso in palatio prātis Perusij. Opponebat, q. locus erat incertus, qa non erant ꝯfines. Dixi hāc obiectionē nō obstare. Casus est hic. vide de hoc vt dixi in l. liberorum. ff. de accu. vbi plene no.

ADDITIO.

a Ale. Facit ad q. Adde Bar. in l. demonstratio. & ibi dixi de cond. & dem. & l. cum pater, §. si. de le. 2. Adde an in libello sit ponendus finis, & qn̄ procedat, Io. And. in add. ad Spec. in tit. de libelli concep. §. iuxta, ver. item debet designare.

LEX LXIIII.

a Fundus a ille.

In ꝯtu inter viuos locus est iuri accrescēdi, quando promissoris hoc interest. h d.* Glo. format ꝯtrium, cuius solō colli ex summario, q. dedi, & ipsa gl. solut. De materia huius legis. vide late q̄ dixi ff. de le. 3. l. re ꝯiunctī. ibi. Sexto q̄ro principal, an in dispositionib. inter viuos, &c.*

ADDITIO.

a Ale. Fundus. Vide late Bar. in l. si mihi & Titio, de ver. obl. & uide quod dixit Bal. per istum tex. in l. multum, C. si quis alt. vel sibi.

Paris. Limita istū tex. no. per Alex. in l. si mihi & Titio, col. 1. de verb. ob. qn̄ pretiū nō esset certū, sed taxandū arbitrio boni viri, vt per eūdē. Legē istam declarat, & cum alijs, quem contrarie conciliat Iuber. in suo Enchir. d. aur. Gallic. c. pen.

LEX LXV.

Conuenit.

No. legem per q̄ disputaui qōnē, erat. n. venditus reditus alicuius rei, an sit venditio, vel locatio. Et vī, q. non sit venditio, cum non commutetur dñium, vt hic in ver. toties, quod no. &c.* No. ibi, toties &c. & quis sit effectus, an sit locatio, vel venditio, vide quę scripsi, C. loca. l. licet.*

LEX LXIX.

a b Rutilia Polla.

a Verba ꝯtus referuntur ad tp̄s cōtractus. Item locus ius non habet, secus in flumine h.d. Adde ad l. vicinus. ff. de aqua plu. arcen. &c.

ADDITIO.

a Pom. Rutilia Polla. Vide quid per hoc consuluerit Bal. cons. 378.

LEX LXXI.

Imperatores.

* De materia huius legis dic plene per gl. notabilem. in l. arbitrio. §. de eo. sup. de do.

LEX LXXII.

Pacta conuenta.

Pactum sup accidentalib. ꝯtus. seu supernaturalibus, b ex interuallo appositum, ad exceptionem tm̄ ꝓdest. sed si apponatur super substantialibus prodest et ad actionem. h.d. & hēs hic vnā gl. magnam, cuius principium quasi vsque ad finem tractatur in l. iurisgentium. §. quinimo. sup. de pac. Alia pars examinat in l. fi. sup. de cōd cau. da.

ADDITIONES.

a Alex. Pacta conuenta. Hanc l. cōmendat Bar. & Bald. in l. iurisgen. §. adeo, de pac. & istam gl. allegat Bar. in l. lecta. in 1. col. ff. si cer. pet. Vide Bar. in l. pacta nouissima. C. de pac. & uide late Bar. in l. si mihi, & Titio, de verb. obl. late, vide Bald. in l. vbi, ff. de don. cau. mor. quæ autē sit differentia inter substantiam, & solennitatem, & ordinem, dixi post Bar. in l. si is. in prin. C. qui test. fac. poss. & quæ dicantur naturalia, & quæ accidentaliā contractus, vide Bal. in l. 1. in princ. C. commu. quæ autem sint substantialia, per Bal. in l. ad eā actionem, C. de dotis promiss. Meno. Duarenus de pact. fol. 34 Reuardus. lib. 2. varia. c. 1 lib. 4. c. 4.

b Paris. Super naturalibus. Quæ dicatur propria natura huius rei, vide Ang. consi. 304. inci. sacratissima, & illustrissima Regina, vide Bal. in præludijs, feud. in 4. diuisione & quæ habes ad Bar. in l. eum precario, ff. de prec. quid dicatur substantiale actus, & in l. vbi ita donatur, ff de don. cau. mor. Item no. quod naturaliter est, a nullo subiecto abesse præsumitur. Et quod natura nunquam intelligitur esse separata a suo naturato. vide Bal. in rub. an motus, vel imperfectus.

LEX LXXIII.

1 *Clauium traditione videtur tradita possessio rerum existentium sub clauibus*

2 *Traditio facta a non domino eo casu transfert conditionem vsucapiendi, quo casu transfertur facta a domino, dominium.*

Clauibus.

No. † q. clauibus traditis † videt tradi possessio eorū quæ sub clauib. No. scdo † quod quo casu facta tra ditione a domino transfertur dominium, eo. casu traditione facta a non domino transfertur conditio † vsucapiendi, de quo plene in l. Pomponius. §. iussu. ff. de acq. poss. &c.

ADDITIONES.

a Alex. Clauibus. Hanc l. intellige, vt no. per Bal. & Doc. in l. 2. in prin. in 4. q princ. ff. de acq. poss. q venditor tenetur tradere claues. Bal. in l. 2. C. de vet. iure. Adde Bar. in l. nam postea. §. si. de iureiur. Et quid operetur traditio clauium, dic vt per Pet. de Anch. in cle. 1. §. sane. de here. quod si præcedit titulus habilis ad translationem dominij operabitur translationem dominij, vt hic, & in l. 1. ff. pro dote, & in l. dotis fructus, §. si. cum l. seq. de iure do. Si non præcedat talis titulus, tunc in dubio videt talis traditio facta ad custodiam, l. eum pater plurib. & ibi Bar. de leg. 1. Facit q no. in leg. cum quid, si cer. pet. Et hanc l. intellige, vt no. per Bar. & Doc. in l. 1. in prin. in 4. q. prin. de acq. pos. & venditor tenetur tradere claues. Bal. in l. 2. C. de verb. sign. Et hanc regulam limita, vt per Ang. in l. 1. C. de acq poss. & Bar. in l. 2. eo. tit. & Imo. in l. si per errorem, de vsuc. in l. 2. §. si a pupillo pro emptore. gl. & Doc. in l. Pomponius. §. si iussu. de acq. pos.

Meno. Couaruuius lib. 3. variar. resolut. c. 16.

Pom. Ad intellectum huius l. vide Angel. in §. sed iste. in fi. Inst. de accu. Alex. l. 1. in prin. ff. de acq. poss.

† Clau. Tradieis. Et eodem modo fortius per retentionem clauium, vr retenta possessio. gl. est, quam puto no. in l. 1. in prin. in ver. quia naturaliter, ver. sed quid si non est in conspectu. inf. de acq. pos. & vnam ampliationem not. ad hanc legem per gl. in l. interdum. §. 1. inf. de acq. pos. & vide late regulam huius legis affirmatiuam, & negatiuam. in l. Pompon. §. si iussu. vbi per Cum. de acq. pos.

† Clau. Conditio. Vide Are. l. 1. § si uir, de acq. poss.

b Paris. Conditio vsucapiēdi. Vide circa istam regulā Are. in l. 1. §. hæc quę deterius. ff. de acq. pos. vide ad regulam Dec. cons. 56. vide etiam pro limitat. Are. in l. 1. §. si vir. ff. de acq. posses. quia non procedit in contractu conditionali.

LEX LXXVII.

a In lege.

a Paria uel similia sunt non esse, & non apparere. h.d. lex ista. No. quod lapidicina dicitur ubi lapis cęditur, non vbi cędi potest, &c.

ADDITIO.

a Alex. In l. Adde l. cum res. circa prin. de leg. 1. & Bar. in l. in actionibus. circa fin. de in lit. iur.

LEX LXXVIII.

a Fistulas a emptori.

ADDITIO.

a Alex. Fistulis. Ad istam leg. vide late per Bar. in l. 2. in fi. de stip. ser.

1 *Tradere sibiipsi quis potest.*

2 *Notarius potest scribere testamentum proprium.*

§. Fundum.

a Tutor rem sibi debitam potest tradere sibiipsi h d. quod no. No. † q aliquis tradit sibiipsi. In ꝯtrium facit l. 2. de stip. ser. vbi quis non potest stipulari sibiipsi, & ista faciunt ad q. † verum notarius potest scribere testamentum proprium. Videtur q. non, quasi seipsum non possit rogare, in contrarium facit hæc l. dic vt dixi in d. l. 2. de stipulatione seruo. &c.

ADDITIONES.

a Alex. Fundum. Et ad intellectum huius §. vide sing. Bal. in l. cum ipse C. eo. & Bar. & Doc. in l. 2. in fi. de stip. ser. & Bal. in l. honorum. in vlt. colu. C. qui admit. alleg. Bal. no. in l. non dubium. C. de legi.

Meno. Nota Las. cons. 117. in fi. lib. 1. Rui. cons. 77. in fi. lib. 1. consi. 144. eo.

Poma. Ad intellectum huius §. vide Bar. & Alex. in l. singulari. in 3. col. ff. si cer. pet. & ibi Mod.

1 *Licet sit soluta quantitas pro parte, non tamen transit dominium pro parte.*

§. Qui fundum.

a Facit tex. iste, q. licet sit soluta quantitas † pro parte, non tamen dominium acquiritur pro parte, nō enim alienasset, nisi in totum alienasset. arg. inf. de sol. l. si rē, tamen fructus debet hēre emptor ꝓ rata, quoniam soluit pretium, ut inf. de fun. do. l. fi.

ADDITIO.

a Alex. Qui fundum. vide Bar. in l. Iulia. § offerri. de act. empt.

Pom. Qui fundum uide Ale. cons. 17. in fi. in 4. uol. & cons. 121. in 1. col. eo. uol. Pa. cons. 66. in 1. uol. & vide quæ posui ad Bar. in l. Iul. §. offerri. inf. de act. empt.

§. Frumenta.

Qui suscipit in se casum fortuitum, tenetur de casibus fortuitis communiter contingētibus. a h.d. vel aliter. Casus fortuitus intelligitur inopinatus. non ex consuetudine eueniens. h d. quod no. Dixi in l. sed & si quis. §. quæsitum sup. si quis cau. &c.

ADDITIO.

a Paris. Communiter contingentibus, vide latissime. Fel. in c. sedes. de rescrip. & nunquam intelligitur sermo, quantumcunque generalis de insolitis. vide Ias. in l. sed & si quis. sup. si quis cau. Ale. in l. pretia rerum. ad fi. ff. ad l. Fal. dicit quod iste tex. contrariatur illi, ad quem allegatur, & de casu insolito, & an casus rebellionis dicatur insolitus, vide Dec. cons. 70.

Pom. Vide aliqua per Barb. cons. 21. vol. 2. & vide ad istum tex. Alex. cons. 97. vol. 5. & Ang. cons. 126. & Alex. etiam 107. vol. 3. & Raph. Cum. cons. 125. & Bal. cons. 119. in 1. par. & cons. 145. in 3. par.

LEX LXXIIIX.

a Titius.

a Pactum sile legis ꝯmissoriæ reprobatur inter creditorē, & debitorem, non inter debitorem, & tertium. h.d.

ADDITIO.

a Alex. Titius. Allegaui tibi istum tex. in l. fi. C. de pac. pig. & Bar. in l. Iul. de ver. obl. & in l. creditores C. de pig.

a §. Lucius a Titius.

Obligatio personalis non sequitur fundi possessorem. h d.

ADDITIONES.

a Ale. Lucius. ad hunc §. vide Bar. in l. fi. inf. de ope. no. nun. in fi. & in l. fluminum §. adijcitur. de dam. inf. & in l. si sub una. §. fi. de ver. ob. sed quid, si de nouo imponat. vide Bar. per illum tex. in l. fi. C. de silen. & susce. e. li. 12. & vide in l. in uendit. inf. de act. emp. & in l. & q ibi Bal. C. de ser. Vide ēt per Bart. post Gul. in l. sciendū. in fi. prin. in uer. quid si habet annos sup. qui satisd. cog. Adde Ro. consi. 287.

Pom. Vide Are. cōs. 25. Bar. cōs. 12. in 2. vol. & Are. cōs. 105. & vide in l. 1. ā si cer. pet.

Par. De materia huius §. vide Ale. in l. adoptiuū. §. 1. ff. de in ius uoc. ubi ponit, quid iuris si ista reuerterentur ad uenditionē. de quo ēt uide Ro. in fin. suis in fin. incr. ego declaro tibi unam q. uide Ro. consi. 311. quod non procedat fauore alimentorum, uide Ro. cons. 382. cir. prin. Ale. cons. 18. vol. 3. item quid in testatore legante ex tali fundo, uide singulariter Pau. de Cast. cons. 53. Item qn̄ aliquis debet aliquem fundum obligatum ad aliquam solutionem annui legati, vide Fel. remissiue in c. ad audientiam in 6. conclusione, extra de rescr. faciunt ad ista quę habes in fi mihi ad Bar. in l. fi sic. de le. 1. Item istum tex. declara procedere, quando persona solum est obligata ad istam annuam præstationem, secus, si fundus esset obligatus pro ea. Vide Ang. post gl. ibi, in l. hactenus. in fi. prin. ff. de vsufru. Ale. in d. §. patronum. item uide ad istum text. Are. consil. 70. in 1. col. dicentem decisionem istam procedere etiam si in venditione expresse esset dictum, quod res uenditur cum sua causa. quia ita loquitur iste tex. vide ad regulam Alex. cons. 18. in princ. vol. 5.

De in diem addictione. Rubrica.

ADDITIO.

a Pom. Addictione. Declara istum titulum, ut per Iaf. in l. ab empt. ff. de pac.
Parif. De materia illorum pactorum. f. addictionis in diem, & legis commissoriæ, vi de Alc. consi. 10. Item quod ista Rub. dum dicit, adiectione, sit deprauata, & quod debeat dici addictione. vide Iaf. in l. ab empt. in gl. in verbo, rogatus. ff. de pact. vbi etiam ponit nonnulla alia in materia pacti addictionis in diem. & legis commissoriæ, & an, & quando operentur solutionem contractus ipso iure.

LEX PRIMA.

a **Quoties.** a No. istam distĩonem, vtrum cõtus sit purus, sed resoluendus sub cõdĩone, an sit conditionalis. Item no. gl. quæ dat hanc doctrinam. No. ẽt gl. in fi. quæ facit distam inter vlt. voluntatem, & contractus, vide eam. b quid in sententiis, c excommunico te, si non solueris intra decem dies, d an sis statim d excommunicatus? quid in dispositionibus e statutorum, vtrum æquiparabimus verba statutorum testamentis, vel contractib. dicam, Deo duce, in l. quibus diebus. ꝭ. de cond. & demon.

ADDITIONES.

a Alex. Quoties. Per Bar. in l. quib. dieb. §. quidam. & l. 2. de cõd. & dem. Boer. cõs. 22.
b Parif. Vide eam. vide ad Bar. in l. obligationum fere. §. cond. ff. de act. & ob.
c Ale. In sententiis. Vide in l. stipulationum. de verb. obl.
d Pom. An sis statim. vide Iaf. in l. si cum, §. qui iniuriarum. ff. si quis eau.
e Ale. In dispositionibus. Bar. in l. fi. de reg. Cato. dicit, quod æquiparentur ultimæ voluntati, per Flo. in l. ciuitas. si cer. pet. Bar. in l. vsusfructus. in fi. de stipu. ser. & ibi Doct. & Bal. de pace Constan.

LEX V.

1 *Reuendito fundo qui debebat vigore promissionis reuendi, pignus resoluitur.*

§. Sed & Marcellus. Opp. ꝭ. de ædil. edi. l. bouem §. pignus So ibi redhibetur res ex voluntate emptoris, merito remanet pignus. Non enim potest facere emptor sua uoluntate quod pignus desinat. hic vero soluitur eo in 1 uito, per hoc † induco a q. vendidi tibi fundum, hoc pacto quod 2 tenearis mihi reuendere intra biennium, & reuendis, quæro an resoluatur pignus. Respon. certe sic. quia hoc fit ex necessitate prioris contractus, vt hic, sed si vendidi tibi rem, deinde videns me deceptum vltra dimidiam iusti pretii egi, & rem recuperaui vigore. l. 2. C. de rescin. ven. an resoluatur pignus interim a te contractum? Respon. non Nam tu debitor non reddis ex necessitate. licebat enim tibi supplere iustum pretium, & retinere rem vt d. l. 2. C. de rescin. vẽ, igitur ex voluntate, & non ex necessitate, ergo &c.

ADDITIO.

a Induco. Adde Bar. in l. in diem. inf. de aqua plu. arc. & in l. si res. inf. quib. mod pigno. vel hypo. sol. Adde quæ ibi posui.

LEX X.

a **Si venditor.**

ADDITIO.

a Alex. Si venditor. vide in l. fi. ff. sup. de cond. ind.

§. Sed & si pupillus. Videtur velle iste tex. quod inter patrem, & filium non ꝯsistit obligatio naturalis. quod apparet ex eo quod sup. dixerat de pupillo q. non obligatur, nisi naturaliter. dixi in l. si quod dominus. de cõd. ind.

LEX XIX.

a **Imperator.** a No. quod in dubio dẽt intelligi quod loquitur de actione prima, de qua loquitur titulus, in quo est lex. de quo dixi in l. fi. sup. de cond. indeb.

ADDITIONES.

a Parif. Imperator. Rub. declarat dubium tex. vide Bal. in rub. de fide instr.
Pom. Vide Cæp. consi. 12. Rom. consi. 104. & Ana. consi. 62 & Pan. in c. ad audientiã. de re. eccl. non alie. & Bar. in l. cum vir. col. 1. in fi. ff. de usur. Pan. in c. suspicionis. ad fi. de off. dele. & Cæpo. consi. 94. & glo. in cle. 1. de offic. deleg. uerbo, executores, & Iaf. in l. posthumo. inf. de contra tab.

De lege commissoria. a Rubrica.

ADDITIONES.

a Parif. De lege commissoria. Pro cautela ad faciendum, ut lex commissoria habeat locum, vide Cæp. cau. 36. & 164 & 276. item an pactum legis commissoriæ firmetur iuro, uide Bal. in l. 1. C. de pac. p. & Ale. ibi in apost. in l. . vide etiam de materia Ale. consi. 10. & omnino Bal. multa declarantem ibidem, ubi ponit an ualeat in dote, & in multis aliis casib. & quod in transactione non sit probatum, unde Comen. consi. 177. in prin. vbi loquitur, an ualeat etiam pactum pro debito non soluto, licet res sit empta iusto pretio. l. si fundus. §. fi. inf. de pig. vbi Bar. & alii.
Pom. Ad istum titulum circa materiam pacti legis commissoriæ, unde per Ale. consi. incip. videtur fortasse, per totum, maxime uers. 4 quia uidemus, in j. uol. & uide gl. in l. ab empt in uerbo, cogeret. vbi Iaf. ff. de pac.

LEX VII.

a **Post diem.** a Nota bonum casum.

ADDITIONES.

a Alex. Post diem. Ad istum ti. adde Bal. in c. 1. de feudo dato inuicem leg. commis. q. pactum legis commissoriæ est multum graue, & odiosum, quia si residuum pretii non soluatur in termino, perdit soluere debens illam partem solutam, uel arrhas datas, ut oo. ff. de pet. hær. l. sed & si lege. in prin. dic ut ibi, secundum eum, & unde quæ dixi in l. fi. de pig. act.
Meno. Alciat. lib. 1. pareg. cap. 21.

LEX VIII.

1 *Protestatio facta debitori, ne soluat, quando excuset eum ne incidat in pœnã.*

a **Mulier.** a No. quod protestatio facta debitori ne soluat, excu 1 sat eum ne in pœnam incidat, q. intelligo verũ. qñ p b testatio, seu inhibitio fuit facta per iudicẽ, b vel aliũ hñtem authoritatẽ, ita intellige hic, q. fuerat facta per officiales fisci. idẽ si a priuatis c ex iusta causa, c vt C. quæ res pi. obl. pos. l. non ẽ. & l. 3. de no. alias nihil ualet, vt l. vtrum. sup. de cõst. pec. & l. Papinianus. sup. de public.

ADDITIONES.

Alex. Mulier. Adde Bar. in l. non solũ. §. morte. de ope. no. nun. in 2. q. prin. Et ex dictis hic no. q. iuuat, protestatio facta, ne soluas, & qualiter dẽt fieri, vide no. Bar. in l. 1. in prin. de ope. no. nunc. in trib. tñ casib. nõ iuuat, de quib. in authen. sed tam, & ibi Bal. C. depos. Adde Bal. in c. 1. de feu. dato inuicem legis commissoriæ.
a Parif. Vide Alex. consi. 1. in vol. & consi. 11. vol. 2.
b Parif. Per iudicem. De hoc an præceptũ iudicis excuset, & quando, vide Bertac. in verbo, præceptum, ubi multa habes.
c Ale. De iusta causa. Sed illud ultimũ fallit in deposito, ex quo non fit depositario fuerit inhibitio, ut non soluat depoñti l. pe. & auth. ibi posita. C. dep. & uide quæ habentur in l. hæres cum debuerat, ꝭ. ad Treb. Adde, ut per Ro. consi. 288.

a De hæreditate uel actione vendita. a Rub.

ADDITIO.

c Parif. Vendita. Vide circa istam materiam unam q. per Comen. consi. 56. incip. Titius vendidit hæreditatem Titii, & asseruit in ea esse aliquos debitores, q. non reperiuntur postea in rerum natura, sed hæredes sui, et quõ teneatur venditor ad interesse. vide ibi per eum. Item uide in materia, Pau. de Cast. consi. 9. de eo qui uendidit ratione debitoris, vel alteri assignauit, ad quid teneatur, & quid si ille cui assignatum est conueniat debitorem, qui se negat esse debitorem, & hoc non intimat ei qui assignauit, quod non teneatur. In contrarium, vide Decium omnino consi. 202. Item quod assignans aliquem tanquam debitorem, debeat ostendere ipsum esse debitorem, & ei tradere instrumenta, vel alias legitimas probationes debiti, uide tex. in l. si nomen, ꝭ. hoc tit. & quod infert Bal. ex eo, & sequitur, Ale. in l. sciendum, ff. de ver. obl. Vide Dec. consi. 105. Et dum dictum est quod tenetur venditor nominis ostendere eum esse debitorem, intellige, nisi quis venderet ius, quod habet contra eũdem, l. quod si in venditione cum tribus seq. ꝭ. e. vide Imo. & Ang. in l. si sic, §. 1. de l. 2. Are. in l. si quis ui §. differentia de acq. pos.

LEX II.

Venditor hæreditatis. §. Solet. No. quod iniuria iudicis excusat si imitatus dolo caret. Iac. de Are. allegat eam, infra de fideiu. l. exceptione.

LEX XXI.

1 *Pretium rei non dicitur esse ex re.*
2 *Venditionẽ rei meæ possum habere ratam, re perempta, vt in subsidium consequar pretium.*
3 *Debitor rei actione personali non tenetur eam tradere.*
4 *Pœnã no e quod cõsequor occasione rei tibi debitæ, quod nõ teneor restituere.*

a **Venditor.** Primo ex hac lege nota pulcherrimam distinctionem inter venditorem hæreditatis, & rei sin 1 gularis. Secundo no. † q. pretium rei non dẽ esse ex re. quod facit ad multa, specialiter ad intellectum. l. q. procurator ex re. sup. de p b cu. Tertio no. q. licet vendõnem rei † meæ possum ratam habere 2 re perempta in subsidium, vt pretium consequar, vt l. vlt. de neg. ge. & l. mater. C. de rei uen. tamen hoc non contingit in re mihi debi c ta. Quarto no. ver. q̃ius, si neglexisset, q. ille, qui † debet rem actione personali, non tenetur eam tradere. & sic non tenetur de fructibus percipiendis, quod dic. vt dixi in d. l. si seruum, circa prin. & ibi d tangitur in glo. 1. de ver. obl. Vlt. no. illud, quod cõsequor † nomi 4 ne pœnæ occasione rei tibi debitæ, non teneor tibi restituere, quod dic vt vidistis sup. de pet. hæred. l. vtrum, cum l. seq. h. d.

ADDITIONES.

a Alex. l. Venditor. Vide Cy. in l. mater, de rei vend. C. dum tractat an pretium succedat loco rei. An autem in emptorem hæreditatis transeat ius accrescendi, vide Sal. in l. 1. in 5. q. C. quando non per. par.
b Alex. Tertio no. Per Bar. in d. l. mater, ad fi.
Pom. Vide Alex. in l. si mora, & per Bar. ibi, ꝭ. sol. mat.
c Alex. Quarto no. Adde Bal. in l. si traditio. in 9. q. de act. emp.
d Ale. Vlt. no. Plene per Bal. in l. prætor, §. quod de fructibus, ꝭ. de bo. auth. iud. pos.

De rescindenda uenditione. Rubr.

LEX VII.

a **Si id quod.** Secunda emptio imperfecta non tollit primã perfectam. h. d.

ADDITIO.

a Perfectam. Hãc legẽ Bar. obiicit in l. pupillus obligari, §. pupillus, ff. de auth. tut.

LEX IX.

1 *Debitor si offert se paratũ soluere, quod ex hoc non impeditur alienatio pignoris, secus si offert pecuniam.*
2 *Iudex quando præcipit aliquid fieri a partib. quod faciendum erat mutuo cõsensu, vno implente ex parte sua, quantum ad eum habetur pro facto.*
3 *Iudex si pronunciat prout in consilio, & in consilio dicitur ipsum condemnandum, n videatur condemnasse.*

a **Fundus.** a No. q. si debitor offert se paratum † soluere. non impeditur alienatio, sed valet, licet rescindatur, secus

ADDITIONES.

a Alex. Fundus. Per istum tex. dicebat no. Bal. quod semper ubi uenditur res absentis, requiritur subhastatio, secundum eum in l. ordo, C. de execu. rei iu. & his adde Bar. in l. acceptam. C. de vsur. & quod singulariter loquutus est Bar. in l. pe. ꝭ. de distra. pign. & Bal. in l. acceptam, C. de vsur. ponit intellectum ad hãc l. in effectu approbat intellectum gl. hic, quam simpliciter sequitur Bal.
† Clau. Paratum. Vide ad hanc legem alium intellectum Sal. in l. residuum, C. de distra. pig. Are. in l. si mora, ꝭ. sol. mat.

eus si offerat pecunia in h.d. Ita no. C. de distr. pig. l. si residuum. de
a hoc dixi in d. l. ptor. j. de ope. no. nun. Scd o no. q. qn iudex † iube
a aliquid fieri a partib. quod faciēdū est mutuo cōsensu partium, vno implente ex parte sua, q tunc ad eū hr pro facto, licet alia pars non consentiert. Nā hic insistit venditor rescindi, q. faciendum erat cōi cōsensu, & tñ deb. tore soluēte debitū pretium, vel vectigal, est statim facta rescissio, vt hic patet, & res i bonis eius efficitur. VI. Doc.
b allegant hanc legem ad q. psulto. † cōsulunt aliquē condēnandū, que cōdēnādū iudex cōdēnaint p hæc verba. Pronūcio in formā consilii, vtrū illū videat ɔdēnasse. Dicebat q. reus non esset condēnatus, q. a psiliū nō ɔdēnat eū, sed dicit ipsum cōdemnandū. hoc lex facit, q. qn iudex dicit condemnandū, vt cōdemnare, quia si iubet rescindi venditionem, vt rescindere. In ɔtrum facit C. si aduer. li. l. 1. coniunctal. si. & hoc tangitur per Cy in d. l. r. si aduer. li. &c.

ADDITIONES.

a Alex. Secundo no. Et vide no. in l. Iul. §. si Titius, de act. emp. & Bar. in cōsil. in q. domini Cioli de Actiano, &c.
b Alex. Allegant. Adde quod no. Bar. in l. solent, ff. de offic. procō. & leg. Adde Ang. consil. 249.

LEX X.

Seius a Lucio.

§. Emptor. No. q. licet aliquorum ɔtrouersia sit cā peten di fideiussorem de euictione tamen fideiussor debet dari generaliter pro qualibet euictione, & sic licet q. dubi-
a tet q̄onem sibi moueri a certis personis, tñ fideiussor dēt dari a generaliter, gl. mouet istam quæstionem, & nō soluit. j. tit. 1. l. pen. §. si.

ADDITIO.

a Pom. Debet dari. Vide alleg. illum §. per Ro. conf. 204. in 2. dub. o.

a *De periculo & commo. rei vend.* a *Rub.*

ADDITIO.

a Alex. De peric. & cōmo. rei ven. De hac materia adde sup quæst. de qua per Pet. & Bal. leg. si pascenda pecora. C. de pac. de qua dixi in l. vbi ita donatur, de do. cau. mor. & de materia huius tit. no. p Bal. in l. si ea. l. C. de vsu. & late per eum. C. e. t.

LEX PRIMA.

a Si vinum a venditum. Scitis quod relati uum, quis, vel qui iunctum verbo futuri temporis facit conditionem, vt l. Suchum qui meus erit de leg. 1. Sed quod participium faciat hic videtur text. quod no n, dum dicit degustan da dixerit, & in fi. dicit non esse cōditionale. De quo dic vt dixi de condi. & demon. l. 1.

ADDITIONES.

a Paris. Si vinum. Circa regulā l. illud, q. Bar. non legit, quod vltima mora nocere, limita, nisi primo morosus cōmisisset dolum, in 2. mora, text. est singularis iuncta gl. in l. per errorē. j. de act. emp. Vide Ro. sing. 281. incip. nunquid, si tum magnos ad si. item de regula, & limitatione, vide per Iason l. prætor, §. aliqn, 0 2. oo. ff. de opr. no. nun. vide in materia regulæ Alex. 10 l. frmr! mora, 10 1. col. ff. solu. matr. Meno. Ioan. Rober. lib. 2. senten. c. 2.

Necessario.

1 *Emptio quando dicatur perfecta ad hoc vt periculum sit emptoris.*
2 *Contractus conditionalis conditione existente fingitur retro perfectus.*
3 *Fictio non habet locum, si non reperit rem, super qua fingat tus.*

a §. Quod si pendentem. Quæro † quādo dicatur emptio perfecta. vt dica
a tur periculum emptoris? Dic vt in gl. in co vero 1 q. gl. excipit casū publicationis, vt l. si fundus. j. loc. dnt quodā, q. ille casus continetur sub alio casu, qui j. ponitur. s. qn dolo venditoris fit, & ita intelligūt d. l. fundus, q. fuerit publicatus culpa vēditors, & ita intelligūt exceptio, l. s. eo certe illa lex habet duplicem intelim. Primus quod fine culpa venditoris fuit publicatus, & tunc hæc glo. procedit clare. Secundus, q. culpa venditoris, & tunc in hoc est ipsāe, quod venditor teneatur ad pretium tantum, licet alias teneatur ad interesse. Et ideo vidi in quibusdam mssis appositū ɔpāt istud capitulum, qd vēdutor promittit duplum, etiā in casu quo fundus esset publicatus.
b Vl. no. in hoc §. q. si pēdentem. † q. existente ɔdōne fingitur retro
2 perfectum esse ɔ. tu, vt hic. Vide bitis hoc clare in l. potior. & l. qui
c balneum j. qu. pot. in pig. hab. No. ēt q. ista fictio, c non † pōt hēre
3 locum si non reperit rem esse, super qua figat pedes. Vide tis. sup. ad l. Aquil. l. huic scripturæ, dixi sup. ex quib. causa. l. sciendum. &c.

ADDITIONES.

a Pom. In eo vero. Vide Alex. consi. 111. in si vol. 5.
b Alex. In hoc §. Et vide Bar. in l. si filius. de ver. oblig. adde quando periculum rei emptæ pertineat ad venditorem Pet. de Aoch. consi. 150.
Paris. In quantum dī hic, quod fructus percepti, pendente conditione, per emptorem sunt venditoris, deficiente postea conditione, limita non procedere quando in casu deficientis conditione, emptor perdit pretium, vide Ro. sing. 561. incip. fructus. Item quod si declaratio pretii esset in aliquē collata, an interim emptor faciat fructus suos. V. de Io. de Ana. consi. 19 & postea ponit ibi, quod intelligatur occessario ista lex deficiente cond. secus si extaret postea.
c Alex. Fictio. Limita Bal. in rub. C. eo.

LEX XI.

a Si in uenditione. a Istud principium facit, vtrum pactū nudum vestiatur cohætentia contractus conditionalis, &c.

ADDITIO.

a Alex. Si in venditione. Et vide Alex. in l. cum conu. int. C. eo. ti. & Bar.
[Pom. Vid. Alex. in l. petens. C. de pac. & in l. lect. j. sup. si cer. pet.

a §. Vt libro sexto. Nota q. sicut in rebus mobilibus non dicitur perfecta vēditio antequā mensuretur, ita nec in rebus immobilibus, &c.

ADDITIO.

a Alex. In rebus. Vide in l. cum conuenerit & ibi Bar to. C. eo. & in l. quod sæpe. §. in his. sup. de contrah. emp.

LEX XVII.

Serui emptor.

No. gl. quæ videtur velle, quod ad hoc, ut quis faciat fructus suos, requiritur, vt possideat ciuiliter, & naturaliter. De quo per Cy. in l. certum. C. de rei vē di. dixi plene in l. 3. §. ex contrario. j. de acq. poss.

LEX XVIII.

Habitationum, §. Antepretium.

Qñ in limine ɔctus emergit periculum euictionis, tenetur venditor
a satisdare de euictione h.d. Gl. quærit nunquid contra alios? Dic q. sic l. si. sup. tit 1. quod tenet Dy. in l. 1. §. stipulatio duplæ & ibi dicit plene. inf. de præto. stipu. Gl. & Doct. in l. post perfectam. C. eo. tit.

ADDITIONES.

a Ale. Gl. Quærit. Vide Bar. in d. l. post perfectam. & quod dixi per ista iura in l. nec modato cum seq. sup. commo. post Bar. Adde Ro. consi. 8. Ang. consi. 211.
Ruer. Adde, quod hinc sumitur cautela pro emptore ad prolongandum solutionē pretii, vt submittat amicum, qui litem moueat, & sic petat satisdationem de qua hic, quam si propter impotentiam non dabit, non tenebitur emptor soluere pretium, ut no. Ang. in l. 1. §. stipulatio dupl. ff. de præt. stipul. refert, & sequitur Do. Bar. Cap. caut. 16.

De seruis exportandis. *Rubrica.*

a Si quis. Not. q. licet ex hoc pacto quæratur ius seruo, tamen potest ex voluntate vnius contrahentium, vel vtriusque mutari. Et sic facit ad quæstio. donaui Titio fundū hoc acto, vt post mortem eius perueniat ad ecclesiam. Certum est quod ecclesiæ quæritur ius. l. quoties. C. de don. quæ sub modo. tamen poterit reuocari voluntate contrahentium, de hoc dixi in l. qui Romæ. §. Flauius. inf. de ver. ob.

ADDITIO.

a Al. Si quis. Ad intellectum huius l. & quod hic per gl. no. vide Bar. in l. Arist. inf. de do. & in l. si. sup. de cond. ob cau. & regulariter an, & qn ius quæsitum tertio fa ctō meo possit per me reuocari, vide Bal. in l. cum a socero. C. de iure do.

LEX V.

a Si minor. No. illud, quod sit tempore prohibito licet confirmatur in tempus permissum, non valet, qñ lex resistit initio seu consilio, vt hic, quandoque vero prohibitio legis respicit effectum, & tunc secus, vt in l. iu tempus. inf. de hær. inst.

ADDITIO.

a Alex. Non valet. De quo vide Bar. & Bal. in l. quod sponsæ. C. de dona. ante nup. & in l. si constante. §. quoties. & ibi Bar. inl. sol. mat. & in l. in tempus. inf. de hæ. insti. & Bar. in l. 1. §. nuncia. de ope. no. nuoc. vide tamen Baran l. cum filius. §. h. inf. de uerb. obl. & Bar. in l. quod dicitur. circa fi. eo. ti. & per Bar. in l. si sponsus. §. si vxori, de dona inter uir. & vxor.

LEX VII.

a Seruus a ea lege. Si pœna promittitur pacto nudo, non potest exigi, nisi intersit, h.d.

ADDITIO.

a Alex. Seruos. Vide Bal. in l. quamuis. C. de vsur. & ad eo. per Cy. hic, uide no. Bal. in l. eos alleg. C. de vsur. & in l. 1. in ver. quid si permitto ea cau a. C. de s. in. que pro eo quod interest, &c.

LIBER XIX.

a *De actionibus empti, & venditi.* *Rub.*

ADDITIO.

a Paris. De actionibus empti, vide plura in ista materia de. empti, quid in ea ueniat, & de natura sua, vide per Iason §. actionum. Instit. de act.

LEX PRIMA.

1 *Obligatio ad interesse, in obligatione rem tradi, post moram succedit.*
2 *Inter esse rationes personæ creditoris, dicitur singulare.*
3 *Interesse licet exferatur ad personam, intelligitur de eo, quod est circa rem.*
4 *Interesse est triplex, singulare, commune, & conuentum.*
5 *Libelli quomodo formetur quando uenditor est in mora tradendi, nu. 7. & 8. vbi de triplici practica.*
6 *Principalis licet promittat factum, fideiussor potest promittere interesse.*
9 *Obligatio ad interesse quæ succedit post moram, qualiter succedat, an alternatiue, vel copulatiue.*
10 *Sententia, quando agitur ad interesse post moram, quomodo formatur, & an feruntur duæ sententiæ, an una.*
11 *In eresse principale licet veniat in obligatione, venit etiam officio iudicis post litem contestatam, cum incepit esse in mora.*
12 *Venditor an possit præcise compelli ad rem tradendam.*

13 *Obligatio qua tenetur venditor ad rem, est obligatio participalis, s. hēt partem de obligatione faciendi, & partem de obligatione dandi.*
14 *Venditor si in primo causa fuit condemnatus ad interesse, quia rem non dabat, appellauit, in causa appellationis, an dando rem liberetur ab interesse.*
15 *Emptor an præcise cogatur ad solutionem pretij.*
16 *Emptor si vult pretium commune, & non interesse, an possit.*

a **S**I res a vendita. Si vēditor est in mora tradendi rem, pōt cōuenlri ad interesse singulare ipsius emptoris, qđ est circa rē, qđ pt excedere pretiū cōe. & cōuētū. h. d. Diuidit. Primò ponit dcm. Scđo illud declarat. Tertio ponit determinatio, siue rn̄sio cuidā tacitæ obie-
1 ctioni. Scđa ibi, hoc est, &c. Tertia ibi, hoc āt. No. q in obl̄one rē tradi post morā succedit obl̄o ad interesse, nt possit in petitionē
2 deduci, vt hic, dū dicit, quanti interest, agere. †No. q interesse dicit singulare respectu psonæ creditoris. vt hic, dū dicit, q rē hēre interest emptoris, vt ⁊. de reg. iu. l. quatenus. †No. q licet istud interesse
3 refertur ad psonā, intelli de eo, q est circa rē, dū dicit, q hēre rē, &c.
4 Tertio no. sm glo. nr̄am in fi. † q triplex est interesse. l. singulare, cōe, & cōuētū, licet aliq ɔ̄. Opp q vēditor nō teneat ad tradēdū, ut ⁊. e. l. 3. §. si iter. Sol hic loqt in reb. corpōralib. ibi in incorpora lib. Op. s. de rescin. ven. l. cū emptor §. emptio. Sol. ibi hī p tradita.
5 Venio †ad 2. gl. & assumo eā post prin. b Primo q̄ro, si vēditor ē ī
b mora tradēdi rē, qualr dēat formari libellus ɔ̄ eū? ī gl tāgunt tres modi notabiles. Primus, q agat ad rē, & ipe sniæ interrogabitur reus, si vult dare rē, vel interesse, & si dixerit se nolle dare rē, tunc ad īteresse ɔdēnabit, vt hic, & l. si traditio. C. e. Et si opponis, ergo ad aliud agit, & ad aliud fit ɔdēnatio, ɔ̄ l. fi. C. de fidei. lib & l. fundus. s. cōi diui. & l. Pōp. in negotijs. s. de neg. gest. Rn̄deo, nō mirādū, q a als hoc fit l. ædiles. §. itē sciēdū. ⁊ de ædil. edi. & l. vinū s. si cer. pet. vt dicit gl. Doc Mod. reprehēdūt istā gl. p dictā rōnē, qa tu p eo dēt formari snīa, q petit p dictas leges. Nō ob. l. vinū, qa ibi apparet rō, Nō ob. l. ædiles. §. itē sciēdū qa loqt in his. q̄ veniūt iudicis offō: sed hic interesse venit iure actionis. l. stipl̄ones nō diuidūtur. ver. Celsus ⁊. de ver. ob ita tenet Cy ī l. si tradō, C. e. hoc videbat sentire do. Iac. Bu. Ego āt sustineo istā practicā. Nā interesse
6 nō dr̄ esse aliud a re, qđ apparet, qa licet princ palis, pmittat rem, fideiussor pt pmittere interesse. l. stipulatus. ⁊. de fideiu. qđ no. per gl. in l. cū filius. §. fi. ⁊. de ver. obl. & l si qs p eo. in prin. ⁊. de fideiu. & tn̄ ɔstat, qđ fideiussor non pōt accipi in aliā rē q̄ principalis. l. si ita. & l. Grecæ. §. illud. ⁊. de fideiu. Præterea, licet interesse veniat iure actionis pt ēt dici alio respū q veniat iudicis offō, vt ⁊. dicā. Preterea snīa pt ferri sm ɔuētionē partiū l. si ɔuenerit. ⁊. de re iu. Sed qn̄ pars negat se velle dare rē, vr velle ɔdēnari ad īteresse merito poterit ad hoc ɔdēnari, quasi vel t Vn̄ ista practica pt sustineri sed huic legi nō ɔgruit. Scđs modus †practicandi est. qđ postq̄
7 vēditor est in mora tradēdi rē principalr & directo. formet libell' ad īteresse. Casus est hic, & in d l. si tradō. C. eo. & ⁊. de re iu. l. si qs ab alio. Et ista ē verissima practica, sed ɔ̄ eā facit. ⁊ de verb. obl. l. si seruū. §. fi. Gl. nō soluit. Tu dic q ibi loqt in obli. dādi. ī qb. nō succedit obl̄o ad interesse in ɔ̄ctib. innoīatis: hic vero in obl̄one rem tradi: Tenetur. n. vēditor rē tradere, nō dare emptori. l. exēpto. in
8 prin. ⁊ eo. rn̄ ista practica est verissima. Tertia †practica est, qđ libellus formet sic Peto te ɔdēnari ad rē, & si rē nō tradas peto interesse. & hoc tuti' ē sm gl. & ista tenēt Doc in l. si tradō. C. e. sed And. de Pisis in l. si insulā. ⁊. de ver. ob. tenebat ɔ̄triū. qa, cū vtrūq; veniat iure actionis dēt actor eligere, vt in l. qđ in hrde. §. eligere. s. de trib. Istas tres practicas tāgit gl. ī l. 2. §. ne si in scō. ⁊. de ver. ob. ego examino multū pulchre ī l. stipl̄ones nō diuidūtur. ⁊ de verb.
9 ob. & sustineo istā tertiā practicā †Pro cuius decl̄one est vidēdū, c
c q licet post morā succedat obl̄o ad īteresse, qualr succedat, an qđ scda tollat primā, an vero copulatiue, ita qđ vtraq; ɔperat, & vtrūque possit peti, an alternatiue, ita qđ altera tm̄ competat, & altera tm̄ possit peti. Qđ vna nō moueat, seu tollat aliā, pbat, in l. si qs a socio. s. p soc. & l. pdia. ⁊. eo. q̄ leges ēt volūt. qđ istæ actiones nō dētur copulatiue, qa catenus tollit vna, quatenus p aliā exigitur. Hoc apparet in l. si insulā ⁊. de ver. obl. vbi si mora circa rē purgatur, tollit obl̄o ad interesse. Gl. rn̄dēdo ad q̄dā rōnē factā p Mar. dicit, q obl̄o succedit ad interesse alternatiue. qđ no. put ī gl. hr alternatiue alij hūt copulatiue & sic vr rō And. de Pisis uera, q nō pcederet libellus pdictus. Iō Doc. ī l. j C. de sen. q̄ p eo, q interest, tenēt q obl̄o ad interesse, nec copulatiue, nec alternatiue succedit, sed coniunctiue. Istud nil est dicere, qa l. p resoluit in copulatiuā. vel disiunctiuā. ⁊. de ver. sig. l. sæpe, & l alienationis. in fi. c. ii. & p Dy. in c in alternatiuis. extra de reg. iu. lib. 6. iō tenet gl. istā, s. qđ obl̄o succedit alternatiue Sed est aduertēdū, qđ alternatiua aliqn̄ cadit inter res debitas: tūc in dubio est electio debitoris, vt l. plerunq;. in fi. ⁊. de iu. do Qn̄q, cadit alternatio inter actiōes, seu obl̄ones. tūc electio est actoris, vt l. qđ in hærede. § eligere. ⁊. de tribut. & l. cū filius. §. varis ⁊ de leg. 1. Pōt ergo actor eligere, qđ vult, vel petere rē, vel interesse. Sed est aduertendū, q licet actor petat principalr rē, hēt reus facultatē soluendi interesse, & se liberādi eo casu quo non pōt præcise compelli ad rem tradenda, vt ⁊. dicam Licet ergo utrunq; sit principaliter, in obligatione, si quamlibet obligationem respicis per se, tn̄ si respicis obligationē de re tradenda, solummodo est eius condōnis quod rei traditio est in obl̄one, & in solutione interesse. vt l. si quis ab alio. in fi. ⁊. de re iudi. Sicut diximus in actione noxali, in qua quantitas est in obl̄one, noxæ. deditio in sol̄one. l. miles. §. decem. de re iud. Cum igitur hoc sit, apparet q procedit iste libellus. peto te condēmnari ad rem, & si rē nō dederis, peto interesse. Non n. propono duas actiones, sed vnam tm̄ s. illā quæ ad rē cōpetit, dando tibi facultatē soluēdi interesse, sicut & lex concedit & sic procedit practica ista Sed tunc quæro,
10 qualr formabitur snīa? Et †nunc redeo ad principiū glo. & quæro vtrū ferātur duæ sniæ, sicut in arbitrarijs, vna de re tradenda, alia de interesse, an vna nūl Rn̄det gl. q una tm̄, cū hic non reperiatur, q duæ ferantur. Vide istam glos & tene menti, nam ista est uera determinatio. s. q vna tm̄ feratur. Rō, qa actiones arbitrariæ dnr pp iudicis arbitrium. q in eis succedit pp iudicis officium, qđ succedit pp contemptum, non ex natura ipsius actionis, & ideo est necesse q primo feratur snīa, cui non pareatur, pp quod succedit arbitrium, seu officium iudicis. l. si eum exceptione. §. in hac. s. q met. cau. & dixi tibi in l. in actionib. s. de in lit. iur. & l. qui restituere. in fi. s de rei ven. Sed in iudicijs bonæ fidei interesse venit iure actionis, & eo ipso, q uenditor est in mora, succedit obligatio ad interesse, ideo non est necesse, quod ferantur duæ sniæ, & hanc gl. no. quā ego nescio alibi. In eo tn̄ quod gl. dicit, q una tm̄ snīa feratur. s. ad interesse, licet hoc posset esse uerū sm ea, quæ dixi, non tn̄ est necesse. Potest. n ferre sniam de re tradenda, & tamen reus liberabitur soluendo interesse. Ratio, quia cum interesse sit in solutione ex dispositione legis, ut dictū est, ista facultas soluēdi pōt esse ēt post sniam, ut l. itē veniunt. §. cū prædiximus. s. de pet. hær. Ita dixi plenius in l. stipulationes non diuiduntur. ⁊. de verb. oblig.

VENIO ad ordinem gl. & quæro quid si ex eo, q res nō traditur, incipit interesse mea in quinq; in principio, po-
11 stea in alijs quinque? & dic ut in gl. No. istam † gl. q̄ tenet quod licet interesse principale veniat in obl̄one, venit etiā officio iudicis post lit. cōt. cū incæpit esse in mora, ut si qs ageret ad rē, nulla mora pcedente, cū mora incipiat post lit. conte. & sic incipiat interesse deberi, & hoc uenit officio iudicis, ut s. tetigi circa primam practicā. dixi ēt circa tertiā. Sed est aduertendū, qa vr q titulus istius qōnis nō pcedat. Nam statim cū qs est in mora tradēdi cōmittit interesse ad totum ualorem rei, ut hic in tex. Non ergo pōt dici q ab initio interest in quinque, postea in alijs qnq;, qa ab initio interest in totum, & puto q hoc sit uerum, si loquimur de interesse, quia res non tradit, qa totū ab initio cōmitur Sed si loquimur de interesse circa rē, de quo loqt tex. in l. ex empto. § fi. ⁊. eo q dicit, q
12 ab initio cōmittit in minus, loquit gl. qn̄ fuit in mora cauendi, &
d similiū, nō qn̄ fuit in mora tradēdi. † Item q̄ro, vtrū vēditor d possit

ADDITIONES.

a Paris. Si res. Circa materiam l. 2. quomodo exequenda sit sententia, qua pronunciatum est rem tradi debere, si tradi non possit, & an sit exequēda super interesse, vide Ro. consi. 270. & 281. vbi etiam ponit an valeat sententia in qua cōdemnatus est aliquis ad restitutionem rei, si extat, & si non extat, ad æstimationem, vide in prin. huius l. Pau. de Cast. hic, qui quærit aliqua ottia vltra Bar. hic.
Meno Doct. Paris. de eo quod interest. nu. 83. Cuiacius lib. 9. obseruat. c. 38.

b Ale. Post prin. Quæro qualiter emptor petēs sibi rē tradi, dēat libellare, vide Bal. in l. si traditio. C. e. Et ad istā primam practicam, vide in simili glo. no. & ibi Bal. & Doc. in l. si qn̄. in glo. fi. de leg. 1. & Bal. in l. 1. C. de his q̄ pæn. no Adde q libellus iste procedat. Peto rem, & si non tradas, interesse peto, vt voluit Bal. cons. 388. 4. li.

c Alex Est uidendū. Vide Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur. in q. 5. ⁊. de verb. obl. Adde tn̄ in hoc. q in obligationib. facti, succedat obligatio ad interesse, in tantum quod ipsum interesse est in actione, & petitione, quod videtur probari, hic, & in l. fi. & ibi Bar. s. si quis in ius voc non ierit. Et hanc partem vbiq; tenet Bar. maxime in l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. licet gl. teneat contrarium. in l. si quis ab alio. de re iud. sed Ang. in d. l. fi. concordando videtur distinguere, an quis possit præcise compelli ad factum, videlicet in casu in quo sit electa industria personæ, secundum id quod habetur in l. 2. §. ne autem, C. de cad. tollen. & late per Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur. 8. q. an vero non. adde quod opi. Mar. sequitur Bal. consi. 114.

